M. V. 2.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/martinihamconiif00hamc

MARTINI HAMCONII

FRISIA

SEV

DE VIRIS REBVSQVE

FRISIÆ ILLVSTRIBVS

LIBRI DVO

Opus ab Authore recognitum, auctum, & Imaginibus Regum, Poteſtatum, ac Principum exornatum.



ADIECTI SVNT PONTIFICES FRISIORVM

Ethnici, ſeu Præfecti Druydum: Epiſcopi Vltraiectini: Comites Hollandiæ, & Zelandiæ: Diplomataque, & Monumenta aliquot Pontificum, Cæſarum, ac aliorum heroum; Virtutem Friſiorum declarantia.

FRANEKARÆ,

Excudebat IOANNES LAMRINCK, Ordinum Friſiæ TYPOGRAPHVS, ſuis

ET

IOANNIS STARTERI Bibliopolæ ſumptibus

ANNO M. DC. XX.

Antiqua Regni *Friſici* Inſignia cum undecim *Nymphea herbæ folys.*





Sereniſsimo ac Potentiſsimo

PRINCIPI

ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ, DVCI BVRGVNDIÆ, PRINCIPI BELGICAE, MARCHIONI Sacri Imperij, &c.

ETſi non ignorem, *Sereniſſime Princeps*, inconcinnum hoc, & exile opuſculum meum, inidoneum plane, & indignum eſſe, ut *auguſtiſſimo, Sereniſsimæ Cels. veſtræ* nomini dedicetur, & offeratur: tamen cum nihil aliud habeam, quo in provecta hac ætate mea, aliquam grati animi ſignificationem exhibere poſſem; pro multifarijs beneficijs, non ſolum à *Sereniſſ*[a] *Celſ. veſtra*, ſed & à *glorioſiſsimæ memoriæ Socero veſtro, Rege* & *Domino meo clementiſsimo*, tam in patria, quàm exilio mihi perbenigne collatis; Conſentaneum, & prope neceſſarium duxi; haſce qualeſ-

cunque Lucubratiunculas meas, *Sereniſſ.ᵉ Celſ. veſtræ* conſecrare; & cum audaci quadam humilitate, ſub auſpicatiſſima, auguſtiſſimi eiuſdem nominis tutela, in lucem emittere. Spero enim omnino, & confido *Sereniſſ.ᵐ Celſ. veſtram* non indigne laturam; ſi, ad effugiendam ingratitudinis notam, limites reverentiæ, honeſtatis, & conditionis meæ paulo inverecundius tranſiluerim: Cum non dubitem, quin *Sereniſſ.ᵃ veſtra*, ad *Dei*, & *Regum* quorundam laudatiſsimorum imitationem, magis devotum humilis ſubditi ſui animum, quàm inconditum, & levidenſe hoc munuſculũ ſit reſpecturam. Quanquam & illud ob argumentum, & materiam, non uſquequaque ingratum fore, mihi quodammodo perſuadeam; Offert enim, & repræſentat gentem, non *Belgij*, ſed & totius fere *Germaniæ*, ut ex *Tacito*, *Plinio*, *Ptolemæo*, & alijs liquet, antiquiſsimam, quæ ab adventu *Friſonis* Archegi ſui ex illa *Indiæ* ad *Gangem* provincia, quam Annales noſtri *Phreſiam*, *Oroſius Phræſiam*, *Q. Curtius Pharraſiam* vocat, ad *Oceanum Germanicum* nomen, & ſedem ſuam ultra mille nongentos annos, contra omnes omnium ferociſsimarum gentium, & nationum incurſiones, firmiter hactenus, & inviolabiliter conſervavit. Primum quidem ſub Monarchia Principum, Ducum, ac Regum: qui vicinis *Chaucis*, *VVeſt-*

phalis, *Angarijs*, *Sycambris*, *Batavis*, & *Cannifatibus* paulatim, in totum, vel ex parte, ſubjugatis, Regnum ſibi ampliſsimum, & florentiſsimum conſtituerunt: quod &, ductis quoque in diverſas *Europæ* partes *Colonijs*, celeberrimum reddentes, adverſum *Romanos*, *Gothos*, *Vandalos*, *Danos*, *Normannos*, alioſque nequicquam frementes, & indignantes potentiſsimos hoſtes, plus quàm mille & octoginta annos, terra marique ſtrenuiſsimè, & fęliciſsimè defenderunt, ac tutati ſunt. Donec poſt plurima graviſsimaque cum *Francorum* Regibus, & Principibus vario Marte, domi, foriſque decertata prælia; à *Carolo* tandem *Magno* bis pugna victi monarchica dignitate exuti ſunt, & *Friſia* in Provinciam *Francorum* redacta eſt. Poſt annos vero aliquot, cum *Friſii* *Saxoniæ* Ducem, Cæſari, & imperio rebellem, inſigni prælio victum captumque *Carolo Magno* tradidiſſent, & *Leonem Papam Roma* pulſum, ingenti fortitudine, ac gloria in urbem reduxiſſent, in priſtinum mox ab Imperatore Statum, & Libertatem reſtituti ſunt; Monarchia ſaltem in Ariſtocratiam mutata, ut ex auguſta, & Illuſtri Bulla, ſeu Diplomate, ipſis ab eodem Cæſare donato, & ad calcem hujus Libelli adjecto, etiamnum videre eſt. In eo namque ſtatuitur, quod *Friſii* more *Romanorum*, ex ſuis annuatim eligent Conſules, qui in cauſis eorum

ſecularibus Iudices exiſtant: & præterea perſonas, ſeu perſonam aliquam idoneam, & diſcretam, ſub cujus regimine, & gubernatione, tanquam ſub vero Domino, Patria eſſet conſtituta, & ſubjecta: quæ Perſona *Poteſtas Friſiæ* deberet appellari; haberetque facultatem creandi milites, quibus, colapho manu dato, gladium circumcingeret, ac firmiter iniungendo præciperet; ut deinceps more militum ſacri Imperij, aut Regni *Franciæ*, armati incederent. Conſideramus enim, inquit Imperator, quod ſi *Friſones* ſic militaverint, *ſecundum Staturam Corporis, & formam eis à Deo & Natura datam*, cunctis in Orbe terrarum militibus, ſua fortitudine, Ingenio, et audacia præcellent, ac præ; valebunt. Sub hac Ariſtocratica Libertate *Friſia* annis pene ſeptingentis inter acerbiſsimos hoſtes, et Factiones prope continuas, invicta ac immota perſtitit; Poteſtateſque ſeu Dictatores plurimos pietate, ac armis præclaros habuit: quorum primus fuit *S Magnus Fortemanus*, Martyr, et Athleta illuſtris; qui ſecunda ſua in *Italiam* expeditione, contra *Saracenos* occumbens, ex *Apulia Romam* devectus, et inter Divos (teſte marmorea ibidem tabula) relatus eſt. In expeditione autem prima, poſt reductum, et reſtitutum *Papam*, *Coloniam Friſiorum* in *Helvetiam* duxit, et *Dockenburgico* Comitatui, cujus *Munſterus* meminit,

originem

originem (ni fallor) dedit; ut et *Kiburgico* ſorte, per Nepotes ſeu Poſteros ultimi *Friſiæ* Regis: ex hoc enim *Rodolphus* Imperator, teſte *Cuſpiniano*, *Heiduvigam* habuit matrem; quam *Friſiam* fuiſſe hiſtoriæ noſtrę, *Rythmique* veteres, *Germanorum* olim, teſte *Tacito*, Annales, referunt, et atteſtantur: quæ et *Sereniſſ.ª Celſ. veſtræ* per filium, nepotemque Cæſares, Stemma, ac Nomen augnſtiſsimum illuſtriſsimumque contulit. Poſt acceptum, certe, Religionis Chriſtianæ lumen; ut ad propagandam Fidem in omnem circumquaque Regionem *Friſii* doctiſsimos, juxta ac ſanctiſsimos, ut *Crantzius* refert, verbi divini emiſerunt Precones, ſic et ad tuendam illam pientiſsimos fortiſsimoſque Duces, ac bellatores. *Poppo* ſiquidem *Virdumenſis* Dux belli inſignis, ſub *Adgillo* 2. primo *Friſiorum* Rege Chriſtiano, cum aliquot millibus in auxilium *Carolo Martello* contra *Saracenos* miſſus eſt, ubi & parta anno 730. ingenti prope *Turonem* victoria, in pugna pro fide occubuit, & Divorum aſſcriptus eſt numero. Nec multo poſt *Poptetus* Ductor *Friſiorum* nobilis, *Vlisbonæ* in *Luſitania* cum ſuis præſidium tenens, *Saracenos* urbem obſidentes, magna cum Strage, in fugam vertit, victor interijt, ac miraculis claruit, palma viridi ex corde ejus pullulante. *Gondobaldus* quoque *Adgilli* filius, penultimus *Friſiorum* Rex, *Carolo*

Magno

Magno contra eoſdem fidei Chriſtianæ hoſtes opem ferens, exercitum non contemnendum ex *Friſia* in *Hiſpaniam* uſque deduxit, ac ibi cum *Rolando* alijſque Chriſtianorum Ducibus, in montibus *Pyreneis* fortiſſimè pugnans, inſigni cum laude occubuit. Sed et Regis hujus frater, vel (ut quidam volunt) filius, *Ioannes* à *Friſiis* ob raram vitæ ſanctimoniam **Præſter**/ id eſt, Sacerdos appellatus, cum *Otgero Dano*, et *Adele Adelengio*, cognatis, magnaque *Friſiorum*, et *Danorum* manu, per immenſa terrarum ſpatia, et pericula maxima, in ipſam *Indiam*, *Ægythiopiamque* incredibili virtute ac audacia perrexit, tentoria figens (ut *Mantuani* verbis utar) Ad Nili fontes, extremæ in margine terræ: occupataque ibi vaſtiſsima ditione, ac fide Chriſti ubique plantata, Regnum ſui nominis condidit ampliſsimum, ac celeberrimum. Sed nec ſub Ariſtocratia, ut dixi, minorem *Friſii* pietate, vel bello laudem meriti ſunt, et conſecuti. Domi enim, licet contra infeſtos, ac potentes hoſtes, continuo fere pugnandum eſſet; tot Cænobia tamen, Oratoria, et ſacras Ædes (ruri præſertim) fundarunt, et extruxerunt, quot alia nulla, pari ſpatio, per *Europam* Provincia. Foris autem tanto cum zelo, et gloria in *Hiſpania*, *Mauritania*, *Ægypto*, *Syria*, *Paleſtina*, et tota fere *Aſia* contra infideles dimicarunt, ut non ſolum Du-

Ductores eorum, & anteſignani Nobiles, clariſſima virtutis ſuæ monumenta, Arma & Inſignia, inde retulerint; ſed & tota etiamnum gens, ingenij audaciæ & fortitudinis ſuæ bellicæ, ampliſsima, laudatiſsimaque, ex Pontificum, Imperatorum, Regum, Patriarcharum & Epiſcoporum literis oſtendat Elogia. Neque ſatis viſum fuit *Friſia* cogniti ſolummodo Orbis Regna, ob gloriam fidemque *Chriſti* ampliandam conſeruandamque multa cum laude & labore peragraſſe: verumetiam ad ſecreta & abſcondita *Oceani* perluſtranda & inueſtiganda animum adijcientes, in ipſam vſque penetrarunt *Americam*. Paulo namque poſt annum redemptionis noſtræ milleſimum, nobiles quidam *Friſij*, vt ait *Crantzius* in Prologo *Norwagiæ*, ſcire & indagare volentes, an præter cognitas hactenus terras, aliæ adhuc verſus Septentrionem eſſent, & inueniri poſſent; cum aliquot ſe nauibus *Oceano* commiſerunt; ac *Iſlandia*, *FRIESLANDIA*que à *Tacone Hermana FRISIO*, poſt ſubactam ab *Hengiſto* gentili ſuo *Britanniam*, inuenta & occupata, longe à tergo relictis Inſulis; poſt multa tandem pericula, & nauium aliquarum à voragine horribili abſorptarum damna, in aliam quandam Inſulam ſub *Mexicana* (ni fallor) America appulerunt: quam nauibus ſtatim

exſcendentes, *cum* intraſſent *Friſij*; Incolam quidem viderunt nullum; ſed ante fores paſsim antrorum vaſa aurea & argentea quaſi derelicta, aut non æſtimata inuenerunt: quæ primum diu multumque contemplantes & admirantes, cum paulatim tollere, rapere, & veſtimentis inuoluere cæpiſſent: Incolæ, magnæ ſtaturæ homines, feris ſtipati moloſſis, ex antris vbique proruperunt, & facto agmine, *Friſios* nequicquam acriter ſe opponentes, retrocedere, ad naues confugere, & Inſulam relinquere compulerunt: vaſis tamen aureis & argenteis vt plurimum retentis & conſeruatis: quorum nonnulla, in patriam redeuntes, *Diuo Wellehado Friſiorum Orientalium Apoſtolo* & *Patrono*, *Bremæ* ex voto obtulerunt. Sed & *Peruuianam Friſios Americam* longe ante *Hiſpanos* intraſſe & habitaſſe, non ſolum ex Aquilis more ipſorum pictis ſculptiſque in Chili paſsim inuentis apparet, ſed Glaucā quoq; Principis eiuſdē prouinciæ filiā ab *Hiſpanis* captam, ſe ex antiquo *Friſionis* ſanguine ortā dixiſſe, *Alphonſus de Ercilla* Eques *Iacobi* et *Carolo V.* Cæſari à cubiculis refert. Nec longe inde, vt *Diego* Torres, & Patres Collegij Pacis ſcribunt, Crux lignea in terra olim defoſſa, ante viginti circiter annos inuenta eſt: quæ multis fulget miraculis, & Chriſtianos ibi antea fuiſſe certiſsimè declarat.

Quin

Quin & *Chile* apud illos frigus ſeu rigorem ſonare memoratur, vt & *Cile* ſeu *Kile* in ipſa etiamnum *Friſia*. Non miretur autem *Sereniß^a^ Celſ. veſtra* vnde *Friſij* tot nauibus & copijs inſtructi eſſe potuerint, quod tam varia & longinqua maris terræque ſpatia obierint & coluerint: cum ex hiſtorijs conſtet, quod ipſi multis ſeculis ad *Oceanum Cimbricum* longe lateque dominantes, à Iuthia vſque in *Flandriam* omnem littoralem tractum occuparint & poſſederint. Poſt diſceſſum enim *Francorum*, non ſolum *Chauci* magna ex parte in gentem nomenque *Friſiorum* conceſſerunt, & *Orientales* adhuc *Friſij* dicuntur, Sed & *Batavi* in exiguam *Rheni Inſulam* ab ijſdem armis (vt *Diuæus ait*) ita contruſi ſunt, vt tota *Hollandia* & *Selandia*, ſub iugum miſſa, iuxta *Meierum*, *Douſam*, *Lipſium* & complures alios, *Friſia* quoque olim ſit appellata: fuitque Regnum aliquando peculiare, & Principes ſuos habuit, qui primum Duces, ac deinde Reges *Friſiæ Occidentalis* vocati ſunt: ſicut & ibi vetuſtiſſimi (puto) Comites. *Theodoricus* enim quintus vt *Guilhelmus Heda* notat, primus ſe, tempore *Henrici quarti*, *Hollandiæ* Comitem ſcripſiſſe legitur. Habebat autem & *Friſia Stauriam* vrbem clariſsimam, non tantum Metropolim et Sedem Regni verum etiam Emporiũ totius *Belgij Germaniæq*, ampliſsi-

mum ac celeberrimum: quæ prima omnium merces *Sarmaticas*, & Aquilonares, terris hiſce Auſtralibus per *Sondam* inuehens, Priuilegium, prærogatiuamque, qua adhuc fruitut, in vectigalibus ibidem ſoluendis merita eſt, & adepta; tantiſque floruit & ſuperbiuit opibus, vt poſtes etiam auro cælaſſe, memoria ſit proditum. Nec mari ea ſolummodo clarens, cum *Francis Daniſque* percuſsit Fædera, ſed & terra olim, per Rheni brachia vires Imperiumque extendens, *Nouiomagum* vſque eſt Dominata: vt ex duob. ibidem veteribus ſaxis in porta *Heſelana* erectis, etiamnum liquet: In altero enim, *huc Vſque Ius Staturiæ*. In altero, *hic eſt pes Imperij*, literis antiquiſsimis ſcriptum cernitur. De quibus *Loudouicus Guicciardinus* in *Beligo* ſuo diſputans; *Friſyne*, an *Romani* vrbe ea olim pititi fuerint, in medium relinquit. Sed vt nihil eſt ſub Sole diuturnum aut ſtabile, Emporium hoc ſtorentiſsimum ob malitiam faſtuoſæ vnius viduæ, triticum in portum eius exonerare mandantis, fortuna ſua excidit; tritico in Syrtim ſeu cumulum arenoſum (qui vulgo **Het Frouwen Sandt**/appellatur) diuinitus mutato & conuerſo. Vnde & portus ipſe paulatim oppilatus, nautas, mercatoreſque compulit, Campos primum, ac deinde Amſtelodamum cum nauibus mercimonijſque

ſuis

ſuis diuerti, & nouas ibi Stationes ac ſedes figere. Sed nec multo poſt fatalem hanc nobiliſsimi Emporij cladem ac ruinam, ipſa quoque *Friſia* ob Factiones, diſsidiaque inteſtina, & bella ab exteris ſibi Principibus vndique illata; terris opibuſque minui, & viribus pedetentim extenuari cæpit. Primo quidem ad Occidentem, *Hollandiæ* Comites omnem *Friſiæ* plagam, quam, vulgus nunc *Hollandiam* borealem vocat, *Verona* Metropoli anno 1303 proditione capta & euerſa, in poteſtatem ſuam redegerunt. Ad meridiem vero *Vltraiectuni* deinde Epiſcopi præter *Trentiam*, *Vollenhouiamque* & loca quædam alia prius occupata; Cuneranum Comitatum, in ipſis Sylueſtrium Friſiorum finibus anno 1407. ſui quoque fecerunt Iuris. Vltimo autem ad Orientem *Friſia* intra Amaſum Viſurgimque ſita, quum, terris vltra citraque Albim pene omnibus amiſsis, per internos externoſque hoſtes, diu multumque agitata & dilacerata eſſet: à *Frederico* tertio Imperatore, *Vlrico Sircſenæ* Dinaſtæ Gretano illuſtri ac Strenuo viro, ſub titulo Comitatus Imperij, Anno 1464. in Feudun data eſt: & à reliqua etiam *Friſia* quodammodo auulſa & ſeparata. Adeo vt ex ſeptem *Friſiæ* partibus ſeu Prouincijs (quas Selandias vocabant) vix quatuor Amaſo Fleuoque incluſæ, ſub veteri Ari-

ſtocratico & libero Reipub. ſtatu illæſæ integræque permanſerint. Quæ& ipſæ poſtmodū animis armiſque diſsidentes; quando nullis Ceſarum literis aut legationibus eo induci poterant, vt depoſitis ſimultatibus, virum aliquem pacandæ gubernādæq. Reip. idoneum, ex ſuis, iuxta Bullam *Ca'roli Magni* in Poteſtatem eligerent, *Maximilianus* primus Gubernatorem eis perpetuum *Albertum Saxon.* Ducem A. 1498. ſub titulo (vt Bulla habet) Poteſtatis, Imperij nomine, conſtituit: qui tamen plenam Dominij Dignitatiſq. ſuæ poſſeſsionem, *Gronenganis* præcipuè renitentibus, in partibus iſtis conſequi non potuit. Sed neq; filius & ſucceſſor ejus *Georgius*: multis paſsim nobilibus et Ciuitatibus ad *Carolum Geldriæ* Ducem, Libertatis vindicandæ ſpe, deficientibus. Quapropter ille; viribus fortunæq; diffidens, Ius ſuum omne in *Carolum* V. Cæſarem *Burgundiæ* Belgijq; Principem *Sereniſſ. Celſ. veſtræ* auum, conſenſu Ordinum, certis ſub conditionibus tranſtulit. Qui mox in auguratus; Iure& potentia ſua vtens, *Geldriæ* Ducem paulatim per Præfectos ſuos vbique expulit, et totam illam inter *Amaſum Fleuumque* Ditionem, reliquis Belgij ſui Prouincijs, magno Incolarum gaudio et emolumento, adiecit. Ipſa enim, factionibus belliſq; in vniuerſū ſublatis, brevi admodum tempore Ædificijs opibuſque

in tan-

in tantum excreuit, vt ne ſplendidiſsimæ quidem ac opulentiſsimæ totius Belgij Prouinciæ cederet. Sed & Pacem jam nactam, & poſtliminio quaſi à Cæſare reſtitutam, magna Legum æquabilitate, & inſigni Iuſtitiæ adminiſtrandæ gloria conſtabiliens & exornans, non ſolum ſub Cæſare *Carolo*, ſed filio quoque ejus *Rege Catholico* per multos annos ſanctiſsimè feliciſsimeq; coluit & conſervauit. Donec tumultus & diſſenſiones cauſa Religionis motæ, ipſam, cum tota fere Belgica, inteſtino huic cruento ac diuturno bello rurſum implicarunt et inuoluerunt. Quod poſt quadraginta tandem annos, innumerabiles cædes, & damna inæſtimabilia; *Dei Opt. Max.* benignitate, *Regiſque Catholici, ac Sereniſſ.æ Celſ. veſtræ* auſpicijs, per duodennales nunc Inducias ita abruptum & ſopitum eſt; vt boni omnes de vera, legitima, ac durabili pace, ſpem firmam & pœne indubitatam lætabundis animis conceperint. Quam præpotens et miſericors Dominus, ad honorem ſancti ſui nominis, augmentum Fidei, & ſtabilimentum Imperij Maieſt. Catholicæ, *Sereniſsimæque Celſ. veſtræ*, pro immenſa ſua pietate largiri nobis dignetur & concedere. Prolixior hic fui in referendo declarandoque Patriæ meæ ſtatu, quam forte par eſt, & Epiſtolæ ratio permittit, aut poſtulat: finem proinde

facio;

facio; *& Sereniſſimam Celſ, veſtram* quam poſſum humillime deprecor, vt importunitatem, audaciamque boni conſulens, tenues haſce lucubratiunculas meas, drachmarum inſtar à paupercula vidua oblatarum, benìgno animo accipere, & contra zoilorum aliorumque virtuti laudique patriæ inuidentiun, morſus, & oblocutiones tueri non dedignetur. *Deus Opt. Max. Sereniſſimam Celſ. veſtram* nobis, ac toti Reipublicæ Chriſtianæ, quam feliciſsimè, & diutiſsime ſeruet incolumem.

FRISONIS ET HILLÆ
CONDITORVM FRISIÆ

PROLES.

ADel.
Vitho ſeu Iutho.
Hetto.
Hajo.
Scholto.
Galo.
Æſgo.
Vimodia filia.

PRINCIPES FRISIORVM.

Friſo.
Adel.
Vbbo.
Aſinga Aſcon.
Diocarus Segon.
Dibbaldus Segon.
Tabbo.

DVCES FRISIORVM.

Aſconius.
Adelboldus.
Titus Bojocalus.
Vbbo.
Haron Vbbo.
Odilbaldus.
Vdolphus Haron.

REGES FRISIORVM.

Richoldus Vffo.
Odilbaldus.
Richoldus 2.
Beroaldus.
Adgillus.
Radbodus.
Adgillus 2.
Gondobaldus.
Radbodus 2.

DVCES FRISIAE OCCIdentalis,

Didericus.
Lemus ſeu Guilhelmus.

REGES FRISIAE OCCIdentalis.

Dibbaldus.
Lemus ſeu Guilhelmus.
Ridſardus Elinus ſeu Arindulius.

POTESTATES FRISIAE.

S. Magnus Forteman.
Taco Ludigmannus.
Adelbricus ab Adelen.
Heſſelus Hermana.
Igo Galema.
Goſſo Ludigmannus.
Saco Reinalda.
Regnerus Cammenga.
I. H. Martena.
Iuo Iuuenga.
Sixtus Dekema.
Galo Hannia.
Odo Botnya.
Harengus Harenxma.
Suffridus Wiarda.
Iulius Dekema.

DOMINI FRISIAE.

Albertus Dux Saxoniæ.
Georgius Dux Saxoniæ.
Carolus V. Cæſar.
Philippus Rex Hiſpaniæ.
Albertus & Iſabella Archiduces.

*** COMI-

Comites Friſiae Orientalis.

Vlricus Sircſena.
Enno
Edſardus
Enno 2.
Edſardus 2.
Enno 3.

Praefecti Saxonum in Friſia.

Willebrordus Schoneburgius
Henricus Saxo, Alberti filius
Hugo Leiſenachius
Henricus Truchęſius, cum Collegis
Henricus Comęs Stolburgius
Evervinus Comes Benthemus

Geldrorum.

Henricus de Arkelens.
Martinus Roſſemius.
Chreſtophorus Comes de Moers.

BVRGVNDORVM.

Florentius Iſelſteinus, Com. Buran.
Guilhelmus Baro Roggendorfius
Georg. Schenck Baro Tautenburgi.
Maximil. ab Egmonda Com. Buran.
Ioan, de Linge, Comes Arenbergius
Carolus Brimeus Comes Meganus
Ægid. Borlemőtius, Baro de Hirges
Caſparus de Robles, Baro Billęus
Georg. Lalanus, Com. Renneburgi⁹
Franciſc Verdug. Dom. de Schenge
Fredr. Com. de Berg. Baro Boxmer.

Ordinum ſeu Statuum.

Guilhelmus Princeps Auraicus
Guilhelmus Ludovicus Comes Naſſovius

Dii Deæque Friſiorum Gentilium.

Stavo	Iupiter.
Warns	Mercurius.
Foſta	Mars.
Snein	Sol.
Harco	Hercules.
Holler	Pluto.
Freda	Venus.
Waldach	Diana.
Meda	Medea.

Pontifices Friſiorum Ethnici ſeu Præfecti Druydum

Hajo filius Friſonis.
Vitho.
Serapio.
Harco.
Synna.
Harco 2.
Vitho 2.
Poppo.
Sivardus.
Occo.
Reliqui ignorantur

Apoſtoli Friſiorum SS.

Ægiſtus Diſcipulus Domini
Koniochus Suffraganeus Colonieſ.
Eligius Epiſcopus Noviomenſis
Wilfridus Archiepiſc Eboracenſis
Wigbertus Præsbyter, Martyr
Willebrordus Archie. Trajectenſis
Suidbertus Epiſcop. Coadiutor.
Acca Epiſcop. Auguſtaldenſis
Wilibaldus Epiſcop. Eichſtetenſis
Vniboldus Abbas Heidenheimenſis
Ewaldi, Albus, & Niger, Martyres.
Lebuinus Præsbyter
Werenfridus Præsbyter.

Adelber-

Adelbertus Archidiac. Trajectenſis
Marcellinus Presbyter
Vulfrannus Epiſc. Senonenſis
Gangulphus Martyr
Bonifacius Martyr, cum Socijs 51.
Engelmondus Abbas
Plechelmus, & Otgerus Presbyteri
Vitho ſeu Viho Epiſ. Oſnabruggen.
Ludgerus Epiſc. Monaſterienſis
Hildegrimus Epiſc. Halberſtadienſis
Willehadus Epiſc. Bremenſis
Anſcharius Archiep. Hamburgenſis
Rembertus Archiep. Bremenſis
Fredericus Epiſ. Traject. Martyr
Odulphus Canonic. Traiectenſis
Radbodus Epiſc. Trajectenſis.

FRISII EXTERORVM GENTIVM APOSTOLI.

Vitho ſeu Viho Leovardiæ natus	Saxonum Apoſtolus
Ludgerus Viromij Dongerdela natus	Weſtphalorum, & Vicinorum
Anſcharius Wardenę ad Lavicam natus	Regnorum Septentrionalium
Rembertus Cognatus S Anſcharij	Danorum & Suecorum
Poppo Strantfriſius, ni fallor	Eorundem & Vicinorum
Ioan. Prȩſter Regis Adgilli filiꝰ, cũ ſuis	Abyſsinorum & Æthiopum
Fredericus Martyr in Sixti-Byrũ natus	Valachrorum relapſorum
Radbodus ultimi Friſię regis Abnepos	Tubantum & Saliorum relapſorum
Ioannes de Leovardia Franciſcanus	Novi Orbis, ſeu Indorum
Andreas Bocatius Ieſuita ex Ipcolſga	Populorum Aquilonarium Doctor

FRISII MIRACVLIS, TAM ANTE, QVAM POST MORTEM, CLARI.

Poppo belli Dux cæſus & ſepultus	Turoni in Gallia
Poptetus belli Dux cæſus & ſepultus	Vliſbonæ in Hiſpania
Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis	In Cænobio ſuo Wartenenſi
Gerfridus Nepos & Succeſſor ejus	Ibidem
Poppo Strantfriſius Presbyter	In Dania, ni fallor
Anſcharius Archiepiſc. Hamburgenſis	Bremæ
Rembertus Archiepiſc. Bremenſis	Ibidem
Evermarus Friſo nobilis Martyr	Ruthis, prope Tungros
Fredericus ab Adelen Epiſc. Martyr	Vltrajecti in Æde Salvatoris
Fredericus, Siardus, & Ento, Abbates	In Cænobio Horti B. Mariæ
Elocus Liauckema Abbas	In Cænobio Lidlumenſi
Richardus & Wigboldus Abbates	In Aduwardia, & Luynkerchio
Walfridus, & Radfridus Martyres	In pago Bedũ, prope Gronengam

Dodo Eremita Bacaſænenſis	In Cænobio Haſcano.
Radbodus Epiſc. Trajectenſis	Daventriæ in Æde S Lebuini.

PRINCIPES ET BELLI DVCES APVD REGES ET MONARCHAS EXTEROS CLARI.

Friſo Conditor & Princeps Friſiæ apud	Alexandrum Magnum.
Schottus Nepos ejus; apud	Frotonem Daniæ Regem.
Diocarus Segon Princeps, apud	Carolum Tungrorum Regem.
Dibbaldus Segon Princeps, apud	Claudium Cæſarem.
Verritus & Mallorix legati, apud	Neronem Cæſarem.
Tabbo princeps Friſiæ, apud	Domitianum Cæſarem.
Hengiſtus & Horſus, belli Duces, apud	Vortigernum Britannię Regem.
Herco Beroaldi Regis filius, belli Dux,	apud Eugenium Schotiæ Regem.
Titus Bojocalus Dux Friſiæ, apud	Antoninum philoſophum Cęſarē
Poppo Wirdumenſis belli Dux, apud	Carolum Martellum.
Ioannes Preſter, Gondobaldus Rex, Magnus Forteman } belli Duces, apud	Carolum Magnum Cæſarem.
Heſſelus Martena magiſter Equitum, apud	Freder. Barbaroſſam Cæſarem.
Menoldus Onſta, Theodardus Dodenga } belli Duces, apud	Guilhelmum Cæſarem.
Eelco Liauckema, & Fecco Botnia, apud	Godefridum Regem Ieruſalem.

PRINCIPES EXTERI IN FRISIA CÆSI.

Guilhelmus Cæſar.
Sigefridus Rex Daniæ.
Goſtavus Suecus Dux belli.
Guilhelmus 4. Comes Hollandiæ
Henricus Dux Brunſuicenſis.
Abelus Rex Daniæ.
Omondus Gothus Dux belli.
Arnulphus Comes Hollandiæ.
Henricus Craſſus Dux Saxoniæ.

CONDITORES VRBIVM ET ARCIVM VETERIS FRISIÆ.

Friſo Princeps condidit	Stauriam, & Arces ſeptem.
Grunus ſeu Gryns pronepos ejus	Gronengam, ſeu Grunoburgum.
Magnus pronepos Friſonis	Hermanam Arcem.
Friſo Iunior, Abnepos Majoris	Frougæſtam, ſeu Veronam.
Aſinga Aſcon princeps	Cliffenburgum Caſtrum.

Vbbo

Vbbo Dux Friſiæ	Titoburg, ſeu Tecoburgum. Dockenburgum Caſtra.
Didericus Dux	Medenblicum vrbem.
Rolandus Satrapa	Wideneſſam Arcem.
Odilbaldus Dux	Eſonſtadium Oppidum. Iburgum, Suſatum } In Veſtphalia.
Hengiſtus Ducis Vdolphi filius	Leidam, ſeu Lugdunum.
Lemus Rex Friſię Occidentalis	Harlemiam Vrbem.
Ridſardus Aurindulius Rex	Nortvicam,& VorburgumArces.
Falco filius eius	Falckenhoviam. Falcoburgum Caſtra.
Radbodus Rex	Foſtæburgum Caſtrum.
Hornus filius eius	Hornam Vrbem.
Bolſuina filia Radbodi	Bolſuardiam Vrbem.
Adgillus Rex	Alcmariam Vrbem.
Gondobaldus Rex	Doccomium Vrbem, ex Arce Dockenburgica.

DVCTORES COLONIARVM FRISICARVM.

Vitho ſeu Iutho filius Friſonis	Iutharum.
Hetto ſeu Heſſus filius Friſonis	Heſſorum.
Scotttus Nepos Friſonis	Scottorum.
Vbbo princeps Friſiæ	Vbiorum .
Friſo Iunior,gener Vbbonis	Friſiabonum,ſeu Waterlandorum.
Hollo, Tacito Olennius	Hollandorum.
Titus Bojocalus Dux	Tęcoburgenſium,
Didericus Dux	Friſiorum Occiduorum.
Hengiſtus Vdolphi ducis filius	Anglorum.
Taco Hermana Præfectus Claſsis	Incolarum Frieſlandiæ Inſulæ.
Ioannes Pꝛeſter Adgilli 2. filius	Abyſsinorum in India.
Magnus Forteman Poteſtas	Helvetiorum ſeu Suicerorum.

Reliquarum Coloniarum Ductores ignorantur.

NOMINA POPVLORVM LOCORVMque Antiquæ Friſiæ, quorum adhuc reliquiæ ſuperſunt.

Sturij	hodie	Staurienſes
Canninefates		Kennemarij
Vilti		Vltrajectini
Chamavi		Campenſes
Salij		Sallandi & Oldenſalienſes
Marſi		Marſum, Witmarſum / Tithmarſia, Oetmarſum
Vſipetes		Sutphanienſes
Grines		Gronengani
Tubantes		Tuenti
Tencteri		Trenti
Bructeri		Brucmerlandi ſeu Breocmerij
Cheruſci		Ruſtrij
Siatutanda		Vtgonga ſeu Berlecum
Manarmannus portus		Hermana ſeu Mennertſga
Navalia Vrbs		Suolla
Velleda Arx		Gelmuda
Baduennæ Lucus		Boddegawolda
Cryptoricis Villa		Cropſwolda
Byrchane Inſula		Borcum
Vidrus fluvius		De Vecht
Anglicus pagus		Engelhemum
Tecela, vrbs olim in		Texela Inſula
Phileum ſeu Flevum in		Flielandia

INSVLÆ FRISIORVM.

Marca	Enſa
Orca.	Horneſſa perijt.
Vyrengia	Gryna.
Huiſdunum.	Texela
Flielandia.	Schellenga
Amlandia.	Schyrmonachoga
Boſſcha	Rottumeroga.

Borcum
Banthia
Buſa
Balthrum
Spykeroga
Buſa Tithmarſica

Neſſa
Iuſta
Norderneia
Langeroga
Wangeroga
Heiligerlandia

CIVITATES FRISIORVM.

WATERLANDIA.

Horna
Medenblicum
Edamum
Purmerenda

Enchuſa
Alcmaria
Monachodamum

WESTERGOA.

Stauria
Sneca
Franekera
Hindlopia

Bolſuardia
Ilſta
Harlengia
Worcomium.

OSTERGOA.

Leouardia

Doccomium

SEPTEM-SYLVÆ

Slotæ

OMLANDIA.

Gronenga

Damum

EMSGONIA.

Norda
Aurica
Ieuera

Emda
Eſenum

WIMODIA.

Stada
Tonnenga
Ateradorpa
Gardinga

Heida
Huſum
Woerda

GRETE-

GRETENIÆ SEV PRÆTVRÆ TRIVM

Friſiae partivm,

OOSTERGOA .Civit. 2. Leovardia & Dockomium.
Pagi 112. Cænobia 21.

Leouarderadela	Pagi 14.	Cænob. o.	Thietzerkeradela	Pagi 13.	Cęnob. 3.
Feruarderadela	Pagi 11.	Cænob. 3.	Dantumadela	Pagi 13.	Cæno. 1.
Collumerlandia	Pagi 6.	Cænob. 2.	Achtkerſpela	Pagi 8.	Cæno. 2.
Idarderadela	Pagi 8.	Cænob. o.	Rauwarderahemũ	pag. 6.	Cęno. 1.
Smallẽgerlãdia	pagi 8.	Cęnob. 1.	Dõgerdela Oriẽtalis	p. 13.	Cęno. 2.
Dõgerde. Occidẽ.	P. 12.	Cænob. o.			

WESTERGOA Civit. 8, Stauria. Bolſwardia. Sneca. Ilſta. Franecera Harlinga Worcomium. Hindelopia.
Pagi 124. Cænobia. 22.

Wymbritſeradela	p. 28.	Cęnob. 6	Wonſeradela	pagi 27.	Cænob. 2.
Baarderadela	pa. 15.	Cænob. 1.	Hemeleraldſerda	pagi 9.	Cænob. 1.
Hennarderadela	pa. 12.	Cænob. o.	Mennaldumadela	pagi 12.	Cęnob. 1.
Franeceradela	pa. 11.	Cænob. 1.	Barradela	pagi 7.	Cænob. 2.
Bilthia	pagi 3.	Cænob. o,			

SEPTEM-SYLVÆ. Civitas. 1. Slota.
Pagi 98. Cænob. 5.

Doniewarſtal	Pagi 13.	Cænob. o.	Lempſterlandia	pagi 5.	Cænob. o.
Geeſterlandia	pagi 7.	Cænob. o.	Haſſcherlandia	pagi 6.	Cænob. 1.
Vpſterlandia	pagi 12.	Cænob. o.	Schoterlandia	pagi 15.	Cænob. 1.
Vtengeradela	pagi 6.	Cænob. 2.	Ænwardia	pagi 4.	Cænob. 1.
Stellencwaruia	———	———	Orientalis	pagi 10.	Cænob. o.
Stellencwaruia	———	———	Occidentalis	pagi 20.	Cænob. o.



Cedite Sculptores, doctæq; ignoſcite dextræ,
Cedite, non totum parua tabella capit.
Hos vultus atq; ora refert, monumentaq; luci
Debita poſteritas grata probabit anus.

Harling: fecit et. dedit. *P. Wenſemius. ſcrip.*

Primæ litteræ Hexametrorum dant nomen, Pentametrorum familiam.

ME genuit Friſiæ piſcoſus Follega *pagus,*
Hamkema ſtirps patris, Boelema *matris erat:*
Ad ſtudium miſſus, revocor mox funere patris,
Apta toro Benna *eſt* Holckema *viſa meo.*
Rus colo, tres nati, mihi filia naſcitur una,
Mæſtaq; cum lætis Regis amore fero:
Ter premor exilio, ter rurſus honoribus ornor:
Curam Præturæ Lemmera *prando tuæ;*
In pago [a] *vt* quæſtor, Præfectus [a] *ita* Aggeris *exto,*
Kliſſo Vanhuſas uſque tuentis agros:
Nec Donieverſtal, *me non* Prætore *potitur,*
Exul ubi pars ſum de Patriæ Ordinibus:
Vincor [b] *pugna una* [c] *ſuperor quater obſidione,*
Mænibus è [d] *captis nans ſemel effugio.*
Sed forti uſq; animo patrum [e] *cano geſta, fidemq;*
Altior eſt virtus omnibus una malis.

Vide Epitaphium ſecundogeniti lib. 2. poſt Epiſc. Vltrajectinos.

Suffridus de ſcript. Friſ. Dec. 17.

a Vulgo Grÿtſmeyſter.
a Vulgo Dÿckgraeff.

b Ad *Grÿpſkerckam,*
c *Steenvicæ, Gronengæ, Lingæ,* & *Dotecomi.*
d E *Stavora* aſtu de nocte ab hoſte occupata.
e Furmerius lib. 1. Annalium. Gramajus in Gandavo.

In arma gentilitia, & Dictum Crucis ambio finem.

AMbit olor collo finem Crucis, ambio finem
Mente ego, ſed finem, gaudia vera, Crucis:
Crux onerat nitidum volucri præfulgida dorſum,
Fulgida crux nivei ſit mihi cordis onus:
Stat Cygnus, ſignumque gerit, cervice remiſſa,
Stem Deus & portem cernuus uſq; crucem,
Nam tuus in galea ſtans hic vexillifer Agnus,
Conſtitit in dura cernuus ipſe Cruce,
Conſtitit & Mater, ſed ſub Cruce, cernua virgo,
Conſtantem ac humilem viſq; faciſq; tuum:
Cantat olor moriens, patienter conticet Agnus,
Lætus in adverſis ſim patienſq; meis;
Exilio patiens, fortuna paupere lætus,
Te finem, expectans, ambio namq; Crucis.

MARTINUS HAMCONIUS vir ſingulari ingenio & eruditione præditus, natus eſt in *Follega*, qui pagus eſt in *Friſia* non incelebris, paternum genus illi familia *Hamckema*, maternum ex *Boelema* contigit, uxorem duxit *Bennam* ab *Holckema*, hic natus ad ſtudia quo minus indulgere genio ſuo poſſet ſacris factionibus impeditus fuit, ter in exilium ejectus induſtriâ ſua ex neceſſitate (quod dici ſolet) virtutem fecit, & præmij loco ampliora quàm amiſerat conſecutus eſt: Itaque primo reditu Proprætor in *Lemmaria*, & Quæſtor in *Follega* conſtitutus fuit. Secundò autem *Septemſylvarum Dickgravis* ordinatus fuit. Tertio demum Præturam in *Donievarſtal* conſecutus eſt: Interim tamen utrimque negotiis bellicis ac politicis occupatiſſimus eſt, nihilominus tamen & rebus literariis tribuit otij quantum potuit. Itaque ſcripſit Acroſtichidem de expeditione *Io. Caſimiri* adverſus *Erneſtum Bavarum* Archiepiſcopum Colonienſem, ad præſtantiſſimum virum ac Dn. N. Coquellum exercitus præfectum, in qua omnia verba incipiunt à C. ut in iſto quod de Carolo Calvo factum eſt.

Carmina Clariſonæ calvis cantate Camenæ:

Scripſit & Calendarium heroico carmine ad morem Ciſiojani veteris, ubi ita ſtilum temperavit, ut ſalva carminis majeſtate materiæ reſpectum habuerit, & proinde omnibus in hoc genere, quos ego quidem viderim, longè præſtet. Scripſit plura, quæ brevi publicanda expectamus. R. Dn. Commendator *Gellius Ilſtanus* de quo ſupra locuti ſumus, nuper doctiſſimum ejus carmen ad me tranſmiſit, quo illi novam dignitatem in Vituerdenſi commendatoria oblatam gratulatur. Cujus priori parte eleganti Acroſtichide meum nomen expreſſit, quâ me ad reliquas hiſtoriæ *Friſonicæ* partes exſuſcitare voluit; quod ut lector videat & guſtet, hîc ſubjicere non gravabor.

Monito-

Monitorium Carmen,

MARTINI HAMCONII,

Ad

SVFFRIDVM PETRVM

Vt,

In Hiſtoriis patriæ pergat.

SVFFRIDI Nomen exprimens.

S icut utrumque bifrons cum Ianus viderat orbem,
V xore & pueris ſacrâ rate montibus hærens,
F iliolos docuit, reparare nepotibus agros,
F riſo ita Ianigenæ ſoboles clariſſima Semi,
R uricolam patrio quo conderet ordine gentem,
I mpoſitis Hylla pueris cum conjuge navi,
D iverſam ſuperis à Gange trahentibus oram,
V enit arenoſos Flevi ſub littore montes.
S pectavitq; novam bifrons quaſi lumine terram:
P rotinus incultam (Suevis cedentibus) ornans
E xcluſis furcâ latronibus, aggere ponto.
T empla *Iovi Stavoni* poſuit, Gymnaſia Phœbo,
R elliquiis Macedum ludos celebrantibus Indis,
V Vinxit amicitiæ populos ſibi fœdere, linquens
S eptem caſtra ſuis, jura atque inſignia natis,
L egibus ac armis Natorum maximus Adel,
E xcoluit patrio claram poſt nomine gentem:
O rdine Principibus moderataq; *Friſia* ſeptem
V t fuit & Ducibus, totidem jam condita ſeclis
A rte manuque potens meruit diadema *Richoldus.*
R egibus unde novem tituluſq; & gloria fulſit:

Summa

S umma reportata eſt cum libertate poteſtas:
F *riſia* quæ peperit diplomata ſanguine, multis
R egali poſito fovit diademate ſeclis.
I nſigni pietate vigens, Clariſſima Marte,
S orte fruens propria, nulli foris invita genti.
D onec *Radbodus* ſuperatus ab hoſte ſecundus,
I mperium *Carolo*, vitam rellinqueret umbris:
E t *Friſiis* animos, & libertatis amorem:
N omen qui patrium, Magno duce, *Cæſare Magno*
S *axone* vi capto, *Romam* virtute domantes
I mperio ſacrum ſoboli fecere decorum:
I ngeniis famoſa bonis, celeberrima Muſis.
V tilis hiſtoriæ, dextro quaſi Sydere clarum
S *uffridum* patriæ genuit *Leovardia Petrum*:

In tres de *Friſonum* quos ſcripſit origine libros
Et *Friſiæ* ordinibus miſſam de *Friſone* Strenam,
Verſibus authoris præmiſſo nomine luſit.
Muſa, tibi *Gelli Friſonis* quæ mitto Nepoti:
Vt ſimul & tenui lætæ mea gaudia mentis,
Ob modo collatos tibi carmine teſter honores,
Et fera magnanimi monſtrem per fata parentis,
Omne ſolum forti porti patriam, non limite corpus,
Non animum caveâ claudi, nihil eſſe remotum
Longius, intrepidam ſi virtus ardua mentem
Incolat, & dulci doceat præponere rectum:
Nam ſua cum regni juſtis hæredibus orba
Tonſoris ſpurio pareret *Phreſia* nato,
Maluit exilio patriæ pater ipſe penates
Et tepidum rigidis mutare aquilonibus áuſtrum
Quam ſufferre trucem deſpectæ ſortis *Agrammen*.
Liberaq; injuſto ſubmittere colla tyranno:

Non

Non tamen ob regimen Domini tonſoris iniquum
Nec varios ideo perpeſſos æquore caſus
Dulcis honorandum patriæ neglexit amorem,
Sed memor illius, memor & pietâtis avitæ
Appulit ut Flevi fatis monſtrantibus oram,
Numinis & Patriæ ſtellis felicibus illa,
Impoſuit noſtris advecta vocabula terris:
Stavria quæ tantis retinet, quæ *Friſia* ſeclis.
De quibus hic noſter *Friſicis* annalibus autor,
Plenius inſignem referens ab origine gentem,
Diſſerit, & magnis proavos heroibus æquat.
Quippe nepos *Friſonis* tam denſo pulvere condi,
Buſta ſepultorum miſerans illuſtria patrum,
Vndique diſperſos tenebroſis eruit antris,
Et pius hiſtorica cineres conjungit in Vrna.
Vnde ſibi nomen cœli ſublimius axe
Comparat, & toto mundi laudabile tractu.
Cujus ut es fautor *Patriæ* præconis honorum,
Factaque ſemideum gaudes inſignia patrum
Hiſtoricis operum ſpeculo, cognoſcere ſcriptis,
Hæc de fortuna *Friſonis*, Fatiſque nepotum
Imperio ſtudiis, & gentis origine noſtræ,
Clio altis voluit tibi nuper honoribus aucto,
Iamque ſui fratris celebranti nectare feſtum
Ludere gratanti *Friſonum* doctiſſime plectro.

In Annales Friſiæ, Carmine Heroico
à MARTINO HAMCONIO V. Cl.
Conſcriptas Pentaſtichum.

FRiſonum priſcam gentem qui ab origine prima,
Factaq; eorundem, fortia qui cecinit:
Et Regum ſeriem longam, quæq; inde ſecuta
Magna Poteſtatum, Nobiliumq; cohors;
Et quotquot Friſiam rexêre Gubernatores
In hunc uſq; diem; Carmine qui potuit
Perpetuo, voluitq; auſu deducere magna,
E cunctis fuit hic unicus Hamconius.
Idcirco dignus, quem Patria laudet, & omnis
Friſica Nobilitas, Poſteritaſque ſimul.

S. ARCERIVS.

In Cla-

In Clariſſimi Viri,

MARTINI HAMCONII p. m.

Hiſtoriam Friſicam, ac res Friſiæ Illuſtres

CARMEN,

PIERII VVINSEMII

HISTORIOGRAPHI.

Siccine ſubmotâ veterum caligine rerum,
Præſentes veniunt in publica cõmoda faſti?
Obſcuriſque diu putens annalibus ætas
Tot retro ſeclorũ actis, quæ cuncta recurvãs
Barbaries, avido noctis concluſerat antro
Luce novâ provecta redit? ruptiſque latebris
Horrida liquerunt antiqui ergaſtula manes?
Compreſſique diu munimine vallis opacæ
Quâ ſtygiæ faciunt obſcura umbracula Sylvæ,
Terrifico exiluere loco? poſtque infera regna
In cœli venere diem, quo lumine viſo
Cerberus evomuit diris aconita novercis.
O dudum ſperate labor. Iam nomina regum
Illa cavernoſis jamdudum obducta ſepulchris,
Et ſtrictæ populi veſtes & fibula longè,
Aurea demiſſos involuens fibula crines,
Et ſaga ſubnexis pectus velantia virgis
Adveniunt, divæ facies quas Martia Roma

Illa vagi domitrix mundi, regumque vorago
Contremuit, vix auſa rapax tranſcendere flumen,
Et vada cornigeri ratibus componere Rheni.
Ite procul Phariæ turres inviſaque ſummis
Mauſolæa polis, & quæ natura putavit
Cæleſtes æquare Deos, vos cæca vetuſtas.
Obruit, & tacitis ſignant elementa lituris.
Humanus mundo ſupereſt Labor, actaque rerum
Neſcia deliquii, turpiſq; ignara ſenectæ
Non obſcurato famæ præcone perennant.
Heic Romæ obſeſsi colles, illataque gentis
Tarpejo vexilla Iovi, nos mænia plantis
Preſsimus, & quicquid mediæ telluris in omnem
Ægyptum, Syriamque jacet, quâ Nilus in Auſtro
Linquit odoratæ clivoſa cacumina Lunæ.
Parte alià Sclavorum acies, exciſaque caſtra
Vandalidum, fuſique greges, quos Sarmata tellus
Edidit, & Scythicæ patiens Meotica ripæ.
Omnia tranſijmus mundi, nam ne qua vacaret
Terrarum plaga, vel fruſtratus ſolibus æther
Vſque in Hyperboreos conſcendimus, & glacialem
Oceanum, quâ montoſâ devectus ab Orâ
Fundit præcipites ſeptemfluus Euripus undas.
Cernite tranſgreſſum pelagus, devictaque regna
Cambrorum, preſſaſque nives, quâ Sole cadente
Terminat antiquos tellus extrema Britannos.

Scilicet

Scilicet æternis tabulis atque ære perenni
Heic poſitum, quicquid noſtræ cunabula gentis
Aut ſeri videre dies. Nil cæca vetuſtas
Obruit, aut quidquam denſâ caligine rerum
Perdidit Humanus labor, & conſcribere faſtos
Digna manus, quæ ſollicitâ mortale ſenectâ
Depoſuit, trùncumque avidæ concredidit urnæ.
Æternumq́ue ſui quod nulla in ſecula Fatum
Corripiet, famâ ſenſim creſcente reliquit.

13. Kal. Iulij.

Seni venerando, viro Doctiſsimo, Poëtæ Fœliciſſimo Hiſtorico exercitatiſsimo

MARTINO HAMCONIO,

ſuper Friſiam *ſuam, Carmen Hiſtoricum.*

HAmconi *venerande ſenex columenq́; decuſque*
Friſiadum, *patriæ conditor Hiſtoriæ,*
Caſtalij potor laticis, cui Muſa corymbo,
Poſteritas Lauru cinget honora caput,
Quin merito? quantas communis Patria *grates*
Muneribus debet officioſa tuis?
Te duce Friſiacæ *gentis quæ numina cippus*
Integit, aſcendunt ſolis utramq́ue domum.
Tu regna, imperium, priſcorum munia Regum,
Tu canis excelſo carmine facta Ducum.
Quiq́ue Poteſtates *quondam fælice capiſtro*
Barbariem, cædes edomuere, doces.
Ha bene! luxurians cano concede juventus,
Cedite, tu faſces ſuſcipe docte Senex.

PETRVS BAARDT Med. D. & P. L.

Ad

AD PATRIAM SVAM MARTINVS HAMCONIVS FRISIVS, PRÆTOR DONIEWARSTALLANVS.

EN hic de Friſicis, *dulcis tibi Patria, reb⁹,*
Deducta hiſtorico donamus carmina plectro,
Regalem Archegi Stirpem memorantia noſtri,
Fortunam, Sobolem, magnorum Sceptra Nepotum;
Antiquos Superum cultus; exordia ſacra
Catholicæ Fidei; Maiorum Symbola; gentes
Ex noſtris ortas; externa, Internaque bella;
Priſcos Friſiadum *Ritus; & nomina multa*
Clarorum pugilum, doctorum multa virorum.

Quæ brevitas metri dedit aut obſcura vetuſtas
Explicui paucis authoribus uſque notatis
Ornavique librum Petri Harlingenſis *opella*
Heròum *variis* Regumque Ducumque *figuris:*
Si quid adhuc deſit, Scriptores conſule noſtros,
Conſule vicinos; res geſtas volue Quiritum,
Sanctorumque Patrum: Nixu prô nuper in ipſo
Parturiens magnos Phœnix Suffridica *honores*
Occidit; aſt eius (ſpero) rediviva volucris
E buſto genium Bernardo, Pierioque
Dantibus, inſigni Friſonum *ſplendore reſurget,*
Et patriis totum complebit laudibus orbem.

Bernardus Furmerius, & Pierius VVinſemius, Ordinum Friſiæ Hiſtorici *Suffrido* ſucceſſerunt.

Fœtibus interea fruere his extorribus; & ſi
Forſan in hiſtoria fuerit vel carmine nævus,
Condona, & criticis non diſcute ſingula limis:
Exilium Clio, *bellum cauſatur* Apollo.

PHRESIA INDICA.

M. Alvinus in Rythmis.
Suff. Petr. in Strena.

PHreſia *terra vetus, fluvio contermina* Gangi;
Sceptro olim, & celebri Palibothra *ſplēduit urbe.*
Secla bis octo regens hic deſiit alma Ragavi
Semigenæ ſoboles, & Rege Adele *necato;*
Hæredi iniuſtus Friſoni *ſucceſſit* Agrammes.

Strabo lib. 15.

Rex hic vulgari Palibothrus *nomine dictus,*
Obſtruxiſſe ſuas, ter mille Elephantibus, oras,
Scribitur, & peditum bis centum millibus, hoſti,

Q. Curt. lib. 9.

Vigintique Equitum, ducens bis mille quadrigas:
Tanta fuit latæ, vis, ac opulentia terræ.

FRISIA GERMANICA.

Suff. de Orig. *Friſ.* l. 1. c. 2.

FRiſia *percelebris Regna inter* Teutona *tellus,*
Sola ſuam veteri retinet cum nomine ſedem.
Littore de Iuthico *tranſcurrens oſtia* Rheni,

Corn. Kemp. lib. 1. & 2.
Vorper. Thaborita lib. 1.

In Provinciolas *ſeptem diviſa paluſtres,*
Lambitur Oceano. cultis non urbibus ulli,
Non pagis nitidis, non pingui vincitur agro.

Andr. Cornel. ex *Occone Scharlenſe*, & *Ioanne Vliterpio.*

Terra beata potens; quondam Diademate Regum
Clara: Poteſtatum *mox Libertate; deinde*
Sub Dominis *viguit: ſed nunc* Reſpublica *tanquam*
Libera, *vicinis unita eſt fædere terris.*

SEPTEM FRISIÆ PARTES OLIM ZELANDIAE DICTAE.

WATERLANDIA.

Suff. de Orig. *Friſ.* l. 1. c. 9.
Ianus Douſa in *Batavia.*

L*Imo undăque ſcatens, veterum, Rus,* Friſia bonum
Cum Flevo, Kenhemus *obit nunc;* Helius *olim,*
Complures habuit; ſeptem modo continet urbes.

Adr. Iun. in *Batavia* ſua.
Chron. *Holland.* Diviſ. 2.

Verona *everſa eſt;* Trajectum Francus *ademit.*
Aſt opus Hengiſti Leida, *ac* Harlemia Lemi,
Vrbibus Hollandis *vulgo annumerantur; & ipſum*
Emporium Friſicis *in finibus* Amſteledamum.

Medenblicum Caput olim fuit Regni *Friſiæ Occidentalis.*

Caſeus hic premitur, compingitur optima navis.
Hic Portus, Claſſes, hic ſunt Neptunia Caſtra:
Quod modo terra fuit, iam conditur æquore, Regnum.

WESTER-

WESTERGOA.

Dives opum, gemino Weſtergoa *tingitur amne,*
Burdone, *&* Flevo: *quorum ſinus æquoris ingens*
Auſtrini hic, modico quondam fuit aſſere ſtratus:
Ille, Manarmani *mutato in paſcua ſecum*
Portu, vix aliquid priſci iam gurgitis offert.
Terra ferax; ſapidi vis hic miranda butyri;
Pullorum hic ingens, ingens hic Copia frugum,
Et portus celebres, & grex immenſus olorum,
Præturiſque novem *decoratur, & urbibus octo,*
Danicus *Vtgangam* (Belcum *nunc) diruit ignis.*

Veſtrachia dicitur à *Regione Prunienſi.*

And. Cornel. lib. 2. ex *Vliterpic.*

Portus hujus *Ptolomeus* meminit. Vide *Suff.* de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 12.

Pulli hic equini præſtãtiſſimi & Cygnorum incredibilis numerus.

Olim octo, cum *Bilthia* nondum eſset addita.

Ptolomæus Siatutandam vocat.

OSTERGOA.

Cum Lavica, Bornã, *qui multis* Burdo *vocatur,*
Attingit veteres Oſtergoa *nobilis amnes.*
Germana hæc inſtar generoſos corpore pullos,
Edit, & inſignes quarta quoque prole bidentes.
Nec Portu ad boream, nec fertilitate ſorori
(Aurea mala ferens præclara, herbamque Britannã)
Cedit; ad Auſtralem paulo eſt declivior oram.
Prætura *undena; ſummoque ornata Senatu;*
Vrbibus exultat, totidem privata, duabus,
Nereo Eſonſtadium; *Fortunæ* Wartena *ceſſit.*

Borna incolis, *Burdo* exteris.

Aſtrachia ſcribitur *Sabellico* *Æſtrachia* *Suffrido.*

Aurea mala. Vulgo Gulderlingen.

Tabula antiquæ *Friſiæ* herbam hanc, quam *Plinius* lib. 25. cap. 3. in *Friſia* naſci ſcribit, hoc loco ponit; & à forma olim *Britanga*, id eſt, Cochlear (ni fallor) ibi dicta fuit: cum adhuc Lepelblad vocetur.

SEPTEM-SYLVÆ.

Quæ Salicos *fines, & tortilis oſtia* Vidri,
Martia Sylvarum *feriit* Zelandia Septem;
Iam Linda, Cliffoque *rubro*, Bornaque, *Marique*
Cingitur; & Cunera Comitatum Tranſiſulanis,
Nec non Steenvicam, Vollenhoviamque *relinquit;*
Vrbeque, cum denis Præturis, *utitur una.*
Tyukius *hic lacus eſt (quondam nemus) ille, canino*
Nomine qui gaudens, undas alit uſque latrantes.
Mel, lana, ac ceſpes; venatio crebrior hic eſt:
Amne canit Cygnus, luco Philomela virenti.

Tyuke *Friſiis* Caniculam ſonat.

Cum fæmina quædam lac gerens, ab altera objurgaretur, & Canicula vocaretur, eo q ignem in fundo nemoris gliſcentem lacte ſuo extinguere nollet: lacus hic vulgo Tyuke Meer dictus eſſe fertur.

OMLANDIA.

Aram hanc, *Tacitus Herculis Columnas* appellat. teſte *Hoppero*. Vulgo *Duwelſcut*.

Luci Baduennæ meminit *Tacit.* lib. 4. In quo *Covordia*, & *Burtanga*, juxta *Hopperum*.

Arces *Gronengæ* erectæ ſunt à *Comite Friſiæ Orientalis*, *Rege Hiſpaniæ*, & *Provinciis Fœderatis*; ſed ſemper rurſū dirutę.

Rure, Gronenganam, *patulo, quæ circuit urbem*,
Pars, Amaſo, Lavica, Dollardo, *ac* Herculis
Clauditur, irriguis Omlandia *fertilis undis*. (Ara
Lata fuit Regio, Badvennæq; *attigit olim*,
(*Qui duo nunc* Friſiæ *dat propugnacula*) Lucum.
Dives apum, ſegetum, prædives terra butyri;
Crureq; præſtantum, nutrix inſignis Equorum:
Ius patrium retinet. veteriſq; Inſignia Regni,
Terq; datam, toties urbs imperioſior Arcem
Diruit: at Portus, ſervat, munimen uterq;.

EMSGONIA.

Hos terminos ponit Codex Legum *Friſicarum* excuſus.

Bructeri, hodie Broecmerlādi. ſeu Broecmerij.

ÆGA, oculum juxta, ac Inſulam *Friſiis* ſonat.

Cornel. Kempius lib. 2. cap. 12.

Q*uæ* Iada, *ac* Amaſo (Friſiæ *Comitatus Eoa*)
Tingitur, antiquis, habitata Emſgonia, Chau-
Bructere *te vetus, & te pugnax accola* Lædæ, (cis;
Eſenumque *tuos, &* Ievera *nutrit alumnos.*
Qua fluvios, aut qua prætextas aſpicit Ægas
(*Inſulæ ita à forma* Friſiis *dicuntur Ocelli*)
Nulli opibus, nulli concedit divite gleba.
Portu utens gemino, multa ſecat æquora navi:
Linum ingens, grandeſq; boves, dat equoſq;, feraſq;:
Quinque tenens urbes, & multa celebria Caſtra.

VIMODIA.

Vorperus Thaborita lib. 1. *Vihmoda*, ab *Albert. Stadenſi*: *Vigmodia*, à *Crantzio* ſcribitur.

Cornel. Kempius lib. 2. cap. 17.

T*erra olim à Nata* Friſonis Vimodia *dicta*,
Foſos, *cum* Chaucis, *aluit maioribus; at nunc*
Hevera Strantfriſios; Tithmarſos Eidora *lambit*;
Albis Hadelerios; *vagus irrigat* Oſta Kedingos;
Suinga Stadenſe *ſolum*, Vorſtræaq; *rura* Viſurgis,
Iadaque Buttiadas; *partes minor unda minores.*
Libera gens quondam: ſed multo ſanguine conſtans
Saxonibus, *multo, paret nunc, ſanguine*, Danis.
Portus, Salmo, Seges, Bos hic numeroſior, hic ſunt
Stada, Huſum, *ac plures, modici ſed nominis, urbes.*

FLV-

FLVMINA FRISIORVM IN OCEANVM LABENTIA.

INdomitum, Flevus, Rheni *caput, altor Olorum,*
Prælargo, Friſiam *comprimis gurgite findit.*
Borna, Iſulam *volvens, maris oppilatus ab æſtu,*
Et Lavica, *extremis, ſervant vix nomina, Lymphis.*
Trux Amaſus, *gemino, compungit Nerea, cornu:*
Iadaque *decurſu paulo manſuetior uno.*
Friſica *prolabens interſecat arva* Viſurgis:
Arvaque, Romanis *formidine cognitus,* Albis.
Oram obit occiduam vetus Helius, Eidora *eoam:*
Oceanum, è reliquis, ſolus ferit Hevera, *rivis.*

Flevum hiſce verbis deſcribit *Lucanus.* De Bello Pharſalico. Ingens in eo Cygnorum copia.
Francis Scriptorib' *Burdo* dicitur: *Iſulæ* olim brachium recipiebat.
Vu'go het Bozndiep: & de Lauwerts.

Helius & *Eidora* termini antiquæ *Friſiæ. Hevera* apud *Strantfriſios.*

COMITATVS FRISIÆ.

C*Larum habet* Egmõdæ *Comitatus nomen, ab actis*
Rebus, & illuſtri Friſiorum *ſtemmate Regum.*
Cunera Sylvarum *quondam pars inclyta* ſeptem,
Saltibus abſorptis, parvo nunc clauditur agro.
Vrbibus, & Caſtris, & Portu divite floret,
Nobilis, imprimis, Friſiæ Comitatus eoæ.
Dote cui par eſt Oldenburgenſis, *& alto*
Friſiadum, Dani *quo gaudent, ſanguine, Reges.*
Nec vetus his olim conceſſit honore Stadenſis.
Findgoa Bremenſi *ſed preſſa eſt*, Findgoa Dano.

Chro. *Holland.* Diviſ. 3. cap. 11.

Comitatum hunc emit *Epiſc. Trajectenſis.* à Comite *Hermanno* 12000. Rhenenſibus, Ao 1407.

Hunc Comitatum *Munſterus* & *Crantzius* in *Friſia* ponunt.
De hiſce duobus vide. *Crantz.* Metrop. l. 4 c. 41

COMITATVS FRISIORVM EXTERI.

INſulam in anguſtam Batavis *hoſtiliter actis,*
Degit, ſub Friſicis, Hollandia, *Regibus, olim;*
Stemmata ut Heròum, ſtructæ teſtantur ut urbes.
Sedeſque his veterum Zelandia *Mattiacorum*
Subfuit, Annales, nec non Diplomata produnt.
Vt quoque ad Oceanum, ſacris memorantibus actis,
Flandrica *pars, curvo, contermina* Waſia, Schaldi.
Friſia Benthemum, Tecoburgum Friſia *rexit:*
Trajectumque *potens, &* Tranſiſulania *tota,*
Cum Ghora *veteri* Comitatu, *paruit ipſi.*

In *Batuam* ſeu *Betuam.*
Petrus Divæus in Belgio ſuo. Chron. *Hollandiæ* Diviſ. 3. cap. 3.
Iacob Mejerus li. 1. ad an. 691 *Ianus Douſa* Bataviæ lib. 9.
Einhard Abb. S. Bavonis l. 4. c. 17. vide *Baron.* tom 9. ad an. 828. Et *Suffrid.* De Orig *Friſ.* lib. 1. c. 11.
Suff. de Orig. *Friſ.* l. 2. c. 15
Abrah. Ortelius in Theatro ſuo.

DVCATVS FRISIORVM EXTERI.

NEOMAGI in porta *Heſclana*. Huc usque IUS STAURIÆ. Vide *Guicchardijn* in ſuo Belgio, & *Furme*. in Perorat. Apolog.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

Ex *Nymphæis*, aliqui perperam nunc Corda humana faciunt.

T*Res extra Patriam* Friſii *tenuere* Ducatus.
Geldria *tota, urbem* Neomagum, *paruit uſque;*
Ceu vetera inciſis teſtantur marmora verbis.
Weſtphaliam *domuit Dux* Odilbaldus, Iburgum.
Suſatumque *ſtruens: ſed vi* Clotharius *illam*
Extorſit Friſiis, Beroaldo *Rege perempto.*
Angariam *vero, quam Dux ſubiecit* Vdolphus,
Agnato in Feudum Rex hinc Richoldus Ebiſſæ
Tradidit, Arma addens, Nymphæas, Friſica, *ternas:*
Quæ ſunt Angaricæ, *vel adhuc Inſignia terræ.*

ORDO STATVVM FRISIÆ.

ORDINES olim FRISIÆ, PRÆLATI NOBILES: & PROPRIETARII vulgo Eyghenerffden.

Mutatio Ordinum & Religionis facta eſt Anno 1580. Novemviratus vero Inſtitutus Anno 84.

C*Larus erat, mēbris,* Statuū, *tribus, Ordo vetuſtus;*
Prælatique *dabant* Friſiæ *ſuffragia primi:*
Hinc altis atavis, & nobilitate celebres:
Cenſibus extremo proprijs gaudentibus orti.
Sic tamen, ut parilis, terna eſſent vota, valoris,
Cumque ſuis facerent ſociatæ partibus urbes.
Sed Prælatorum *ceſſant hoc tempore vota,*
Et Statuum *reliqui duo dant ſuffragia ſoli.*
Subtraxere ſuis etiam ſe partibus urbes,
Vnitæque ferunt iam propria vota ſeorſum.

INSV-

INSVLÆ FRISIORVM EO ORDINE QVO SITÆ SVNT.

DECASTICHON GEMINVM.

MArca *vetuſtorum viret Inſula* Friſiabonum.

> *Friſiabones* hodie *VVaterlandt.*

Menſã, *ac* Orcã *aufert*; Horneſsã *ſuſtulit æquor*

> *Horneſſa* prope *Gaſterlandiam* periit circa Annum Domini 1520.

Portat, Olorina, Wirengia *nomen ab eſca.*
Caſeus in Gryna *præſtans fit, lactis ovini.*
Num ſiet Huſdunum *peninſula, an Inſula, lis eſt.*
Texela *amœna ferax; vix* Eierlandia *frondet.*
Symbis, *longa, citis, decorat* Flielandia *pontum.*

> Vulgo Flieboots.

Dat Schellẽga *Pharum, (dicta eſt* Brandaria) *nautis.*

> Pharus. Turris *S. Brandarii.*

Inclyta, ſub Domino Cammenga, Amlandia *floret.*
Proxima de griſeis Monachis *fert Inſula nomen.*

> Vulgo Schiermuncke Aeg.

Banca *tumet ſyrtis; ſyrtiſq́;* Heveſanda *marina.*
Lucus Boſcha *vetus: Scylla eſt* OgaRottuma *Cymbis*
Bina, nitens, Amaſi *corrodunt Oſtia*, Borcum.
Navibus Emdanis *ſtationem* Neſſa *miniſtrat.*
Fluctibus attritæ, disiuncta eſt Banthia, Iuſtæ.
Buſa *refert juncum, ſcatuit quo forte, paluſtrem.*
Norderneia *ſubit, recto ſubit ordine* Balthra:

> *Friſii* has Inſulas *Aegas* vocant *Germani* vero, & reliqui *Ogas.*

Lãgera, *cum* Spikera, *ſupremaq́;* Wangera Ogarũ.
Buſaque Tithmarſis *confinis: &* Inſula ſacra.

> Vulgo Heiligerlandt.

Holſatiæ, *ac* Iuthiæ, *reliquæ nunc dantur vbiq́;*

CIVITATES FRISIORVM IVXTA ORDINEM PARTIVM SVB QVIBVS CONTINENTVR.

WATERLANDIA. HOrna *viget Portu: claris* Enchuſa *Salinis:*
Arce Medenblicum: *cultis* Alcmaria *campis:*
Purmerenda *lacu: præſtanti Caſeo* Edamum.
Vicino Oppidulo Monachus *dat nomen & Arma.*
Regia Metropolis ruit atro Stauria *ponto.*

VVESTERGOA. *Aggere* Worcomium; *tuta eſt* Hindlopia *palis.*
Franekera *elucet Studiis*: Harlingia *Cymbis.*
Nobilis, immites, paſſa eſt Bolſvardia *caſus.*
Sneca *venuſta nitet: quondam mage floruit* Ilſta.

OSTERGOA. *Supremo eſt Friſiæ* Leovardia *clara Senatu.*
Laurea Doccomium Bonifaci *Martyris ornat.*

SEPTEM SYLVÆ. *Illuſtrat tenues* Cataracta Taconia Slotas.
Imperat, ac paret, varia ſtat ſorte Gronenga.

OMLANDIA. Delfsylæ *infelix ceſſit ſua mænia* Damum.
Pratis Norda *viret; luſtris* Aurica *ferinis.*

EMSGONIA. *Emporium celebri prætexitur* Emda *canali:*
Caſtrum habet Eſenum: *præſigneq;* Ievera *Caſtrum.*
Nautis Stada *viget: robuſtis* Heida *Colonis.*

VIMODIA. *Dat* Tonnenga *boves: & abundat frugibus* Huſum.
Ateradorpa *Ducis*; Woerda *eſt Antiſtitis Aula.*

CON-

CONDITORES
VRBIVM ET ARCIVM ANTIQVÆ FRISIÆ.

STauria *opus* Friſonis Friſiorũ *Principis urbs eſt*:
Et, cum ſex aliis, Caſtrum Creilenſe Stadenũ.
Arxq́ue Manarmanis, *Manni fabricatio, portus*,
Structa Gronenga Gruno *eſt*: Friſoni, Verona, *minori*.
Cliffiacam *Princeps* Arcem *fundavit* Aſinga.
Sed Dockenburgum, *dux inclytus*, *&* Titoburgum
Vbbo: Medenblicum Didericus *condidit urbem*.
Rolanduſq; *novum* Wideneſſæ Satrapa *Caſtrum*.
Struxit Eſonſtadium *Dux* Odilbaldus, *& urbem*,
Veſtphalia *domita*, Suſatum, *junxit* Iburgo.
Cæpit ope Hengiſti Batavorum Leida *Lyceum*.
Occiduæ, à Lemo, *Structa eſt* Harlemia, *Rege*
Friſiæ: *& à gnato*, Nortuica *Arx, eius* Elino,
Vorburgumque *vetus*. Neomagi *filius Arcem*,
Et Falckenburgi, Falco *confecit*, Elini.
Rex Foſtanæ Arcis Radbodus; *Filius* Hornus,
Hornæ; Bolſvina *eſt urbis* Bolſvardiæ *Origo*.
Condidit Alcmariam *Rex hinc* Adgillus: *& inde*
Doccomium, *veterem*, *Rex* Gondobaldus, *ad Arcem*.
Incertis reliquæ crevere authoribus urbes.

Ex Caſtris nullum ſupereſt.

Vulgo. *Hermana* Stins

Ad hanc *Veronam* S. *Vrſula* cum ſuis ex *Britannia* appulit.

Iunio, & Suffrido teſtibus.

Titoburg. hodie *Tecoburgum*.

Eſonſtadium in *Lavicano* ſinu, à Mari abſorptum.

Arcium pleręque everſę ſunt.

Adgillus. 2. *Gondobaldi* parens.

NOMINA POPVLORVM LOCORVMQVE ANTIQVÆ FRISIÆ CVM MODERNIS COLLATA.

Sturii, quaſi *Staurii.* apud Plin.
BONE, ſeu BVNE. *Friſiis* antiquis ruſticum ſonabat.
Phileum, Tacitus *Flevum* vocat & Arcem facit. Annal. lib. 4.
De ſitu horum locorum in vulgatis Exemplaribus mendum eſt apud *Ptolomeum*, unius gradus Vide Tabulam antiquæ *Friſiæ* in Theatro *Abrab. Ortelij.*

STauria *quos aluit*, Sturios *dixere* Quirites:
Et Friſiæ *Agricolas undoſæ*; Friſiabones.
Sed Kennemarij *ſunt* Caninefatibus *orti:*
Hollandi, Batavis, Friſiorum *ſemine, mixtis.*
Vilti Vltrajectum: Campos *coluêre* Chamavi:
Texelii Tecelam : Flielandi *urbemque* Phileum.
Vrbs Siatutanda *eſt*, Vrganga *ea* Belcomiana.
Arxque Manarmanis *portus*, Hermana *vocatur.*
Oldenſela *refert* Salios; Sallandia *eoſdem*:
Wytmarſum, Othmarsũ, Marſum *et* Tithmarſia, Marſos.
Velledæ *adhuc Arcis*, Gelmudaq; *nomen adumbrat.*

In Luco *Baduënæ*, & Villa *Cryptoricis*, *Romani* à *Friſiis* cæſi ſunt. *Tacitus* Annal. lib. 4.
Vulgo Duwelſcut.
Bructerus utramq, *Amaſi* ripam coluit. teſte *Strabone.*
Broecas in veteri Præfectura. Vulgo Zuidbroeck & Noordbroeck.

Suntq; Gronengani Grynes: Tuentiq; Tubantes:
Sutphani Vſipetes: *vetus urbs* Navalia, Suolla.
Tencterus *eſt* Trẽtus: Baduennę, Boddegawolda,
Lucus; Cryptoricis, Cropſwoldaq;, Villa, *putatur.*
Herculis *obſcænum nomen traxere* Columnæ.
Broecmeriam, *&* Broecas, *habitavit* Bructerus, *ambas.*
Vorſtria *fert* Folos: *fert* Ruſtria *terra* Cheruſcos.
Byrchane *eſt* Borcũ, *pagus vetus Anglicus* Englum:
Vechta Vidrus: Chauci Friſones *dicuntur Eoi.*

SVPPVTATIVNCVLA ANNORVM VTRIVSQVE FRISIÆ. INDICÆ, SCILICET, ET GERMANICÆ. A Diluvio ad An. Dom. CIↃ IↃ C.

Ragavus poſt Diluvium natus eſt annis 131.
Vixit annis 239.

D*iluvio facto bifrontis tempore* Iani,
Poſt annos centum, triginta, unumq;, Ragavus
Naſcitur, ac Phreſiam, Semo *tradente, gubernans,*
Luſtra terit ſeptem, bis centum & quatuor annos:

Mille-

Milleque, Poſteritas, *ultra ſex ſecula, brumas:*
Continua regnans ad Gangis *littora prole.*
Sed Flevo *appulſus, ter centum condit ariſtis*
Et tredecem Friſiam, *partum,* Friſo, *Virginis ante.*
Secula Principibus *numerantur quatuor, & tres,*
Cum quadraginta; comprenſis Friſonis, *anni.*
Bis centum Ducibus, *ſexagintaque duoque.*
Bis quadraginta, ter centum, Regibus, *& tres.*
Luſtraque ſex Carolo, *dempta trieteride,* Magno.
Secla Poteſtates *(deductis quatuor annis)*
Dant ſeptem: at Domini *pariter centumque, duasq;,*
Si ſpatia addideris hæc Democratica, *brumas.*
Mille quater, Nautæ, prope ſic à tempore, Iani;
Friſonis *adventu, nongentos, mille, tredenos;*
Milleque ſexcentos, poſt incunabula Chriſti,
Computat hoc ſeclo dum Friſia *iubilat annos.*

Poſteritas ejus regnavit in *Phreſia Indica*, paulo ultra 1600.
Friſo Friſiam Germanicam condidit ante *Chriſtum* natum 313.
Quæ fuit ſub *Principibus* ſeptem annos 443.
Sub totidem *Ducib.* 262.
Sub novem *Regibus* 383.
Sub *Carolo Magno* 27.
Sub *Poteſtatibus* 696.
Sub *Dominis* & *Democratia* 102.
Et ſic, à Diluvio, ad hoc uſque Iubileum, prope 4000.
Ab adventu *Friſonis* 1913.
A Partu *Virginis* 1600.

ORDO ET STATVS REGIMINIS FRISIÆ.

P*rincipibus primum recta eſt nova* Friſia *ſeptem,*
Mox totidẽ Ducibus, *ſed* Regibus *inde novenis*
Claraque, Regali, decorata eſt Stauria, *ſede.*
Hos Orientalis Friſiæ *dixere* Monarchas;
Cum Regni Occidui Regeſque Duceſque viciſſim
Quinq;, Medenblici Friſiæ *Sceptra altera ferrent.*
Regibus hinc Carolo *compulſis cedere* Magno;
Octo Poteſtates *bis ſucceſſere; deinde*
Quinq; iſtis Domini: *quorum dant nomina curſim*
Geſtaque, continuo, ſubiecta decaſticha, filo.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.
Vide *Theatrum noſtrum, Regum, Pontificum, & Princip. Friſiæ.*
Poteſtates aliqui, conjunctim in regimine fuerunt.

 FRISO.

Principes Friſiæ



FRISO, Conditor Friſiæ.

ARCHEGVS ET PRINCEPS PRIMVS.

FRISO.

Q. Curt. lib. 9. *Vorper.* lib. 1. *Alvinus* in Rithmis. & alii.

Anno ante partum Virginis 313.

Friſo ex *Hylla* Conjuge ſuſtulit filios 7. & filiam unicam: rexitq; *Friſiam* ſuam annos 68.

Vide infra Colonias *Friſiorum*.

FRiſo, *per* Agrammen, *ſublato patre, tyrannum,*
Deiectus ſolio; Pellæi caſtra Monarchæ
Viſit, opem poſcens, ſed Regis fata negarunt.
Hincque petens celebres, inſigni, Teutones, *auſu,*
Tercentum, & tredecem, totis Flevo *appulit annis,*
Ante Deum *natum: Leges, Gymnaſia, & Arces,*
Ac Stavoram, Friſiæ *nomen dans, condidit urbem;*
Bis regnans in ea triginta quatuor annos.
Hylla *tulit coniunx octo illi pignora; quorum*
Vitho Iuthas *genuit;* Deus Hetto *creditus* Heſſos.

ADel Phreſiæ *ſeu* Pharraſię *in* India *ad* Gangem *Rex, cum à tonſore,* Agrammis *tyranni patre, vita ſimul et Regno per inſidias (ut ex* Q. Curtio *libro 9. apparet) exutus eſſet,* Friſo *filius eius poſt mortem* Alexandri Magni (*cui militarat*) *ex* Aſia *in* Germaniam, *Anno ante partum* Virginis *trecenteſimo decimo tertio, navibus 24. cum* Saxone *&* Brunone *fratribus ſuis appulit;* Flevum Rheni *oſtium intravit;* Stavoram, *Regni poſtea caput, condidit; ac* Friſiæ, *quæ ab illo nomen accepit, annos 68. præfuit; genitis ex* Hilla Agathoclis Thraciæ *Regis filia, vel ſorore (ut tempora videntur poſcere) filiis ſeptem, & filia unica. Teſtantur id præter alios* Cappidus Staurienſis, Occo Scharlenſis, *&* M. Alvinus Snecanus: *quorum priores duo ante annos 700. ſcripsére, tertius vero ducentos ante annos in linguam vulgarem antiquos* Friſiorum *vertit Rythmos, ipſorum olim,* Germanorumque *omnium (ut* Tacitus *refert) Annales. In quibus huius etiam hiſtoriæ teſtes* Patrocles *&* Megaſtenes *vetuſtiſsimi* Friſonique *noſtro coætanei citantur Authores: quos & noſtra hac ætate ſcriptores graviſsimi,* Ioachimus Hopperus *in Epitome rerum* Friſicarum, Suffridus Petri *de Origine & Scriptoribus* Friſiorum, *pluresque alii interni exter-niqueque ſecuti ſunt, & communi calculo comprobarunt. Inſigne autem* Friſonis, *ut* Cappidus *refert,* ſeptem *fuerunt* rubra Nympheæ herbæ folia *in* tribus argenteis *conſtitutæ* trabibus, *per* ſcutum cæruleum *oblique ductis.*



ADEL.

PRINCEPS FRISIÆ
SECVNDVS.

ADEL.

*L*Vſtra Adel *rexit ter ſex, & quatuor annos:*
Fœdera vicinis cum gentibus icit; honeſtos
In ludos dedit, & convivia publica leges:
Vnde dapes uni patinæ *mandare capaci*
Mos venit, ac magno *potum committere* Cornu:
Oſculaque & dextras *in amoris iungere ſignum.*
Natus avo Regi, Friſica *cum pube,* Suevo
Miſſus, tunc Vbios *ad* Rhenum *condidit* Vbbo.
Atq; Nepos Friſonis Schottus, *genearcha* Schotorū
Appulit Albanæ, Danis *comitantibus, oræ.*

Succeſſit Patri Anno ante natum *Chriſtum* 245. *Suff.* De Script. *Friſiæ* Dec. 1. capite 2. *Ex Sterkenburgio.*
Vulgo de Frieſche paticle
Item de Frieſche Hoorn.
Hujus meminiſſe videtur *Plinius* lib. 11.
Vide infra *Colonias Friſiorum.*

N*Atu filiorum maximus, Patri in Principatu ſucceſſit, ſcripſit* leges convivales, *& de* luſuum honeſtorum exercitiis; *duxitque in uxorem* Suobbinam *Regis* Suevorum *filiam; qui tum latè* Germaniam *incolentes hic paulatim* (*ut &* Chauci) *in nomen gentemque* Friſiorum *conceſſerunt: unde* Friſios *deſignans* Lucanus *ait. Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos, Albis, & indomitum* Rheni *caput. Fratres autem, ut ex* Cappido, Sterkenburgio *& aliis diſcimus, munia publica obierunt.* Vito *enim, qui &* Iuto, *ducta Cumera Bochi* Cimbrorum *Regis filia, maris, &* Scholto *viæ ſeu paſſus* (*ut vocant*) *publici Præfecturam habuit; hanc Riduariam, illam Schipuariam dicebant:* Galo *aggerum contra maris fluminumque impetus erigendorum curam geſſit:* Æſgo *rebus polyticis;* Haio *ſacris præfuit, & primus* Friſiorum *Ethnicorum Pontifex ſeu Præfectus Druydum* (*vulgo* D'ryden, *id eſt, ſacerdotum*) *in* Friſia *extitit.* Hetto *vero Cattis matrimonio junctus & ipſorum dialecto* Heſſus *ſeu* Heſus *dictus,* Heſſiæ *nomen dedit: ut &* Vimoda *ſoror ipſorum* Vimodiæ, *vel ut* Crantzius *ſcribit,* Vigmodiæ *ad* Viſurgim: *cum iam patrui eius* Saxo *&* Bruno *Anno ante Chriſtum natum trecenteſimo, cum parte claſſis & exercitus Aſiatici* Stavora, *conſenſu* Friſonis, *diſcedentes, Hadeleriæ ad Albim appuliſſent, & ad utramque ripam gentes ſui nominis condidiſſent; unde* Albertus Stadenſis *cum multis aliis* Saxones *reliquias* Macedonici *exercitus appellat. Vide Epiſt.* Henrici Ranzonii *ad calcem Apol.* Suff. Petri.

VBBO.



VBBO.

PRINCEPS FRISIÆ
TERTIVS.

VBBO.

FVndatis Vbiis, in avito rure, Colonis.
Vbbo quater Friſiæ vicenis præfuit annis;
Suobbina genitus Regina matre Sueva.
Res patriæ geſtas conſcripſit, & acta parentum,
Spemque Coloniolæ, quam duxerat ipſe, novellæ:
Verona extructa; trans Flevum Friſiabones,
Friſo gener duxit; Gruno patre editus; urbi,
Arce nova iecit qui fundamenta, Gronengæ.
Rura ſed & Friſones ſua tunc contermina Rhetis
Intrarunt, Griſones quos poſtera nuncupat ætas.

Succeſſit Patri ante Chriſtum natum annis 151. Suff. de Script. Friſ. Dec. 1 Ex Cappido Stauriensi.

Ante Natum Chriſtum Anno 120.

Ante Natum Chriſtum Anno 150. Vide infra Colon. Friſiorum.

ADoleſcens ad avum maternum Suevorum Regem cum inſigni comitatu miſsus, prædia & arces quaſdam nomine hæreditatis ab eo obtinuit, in quibus bonam famulitii ſui partem collocans, Vbiorũ ad Rhenum Coloniæ initium & nomen dedit; de qua & ipſe non ſolum tractatum, ſed & abſolutam quoque Friſiæ hiſtoriam, teſte Cappido conſcripſit. Filia eius Frouva nupſit Friſoni Iuniori, qui primus colonos in Friſiam Occiduam ſeu Waterlandiam duxit, unde et Friſiabones, ideſt, Friſiorum Coloni, à ſcriptoribus vocati ſunt; Bona enim ſeu Buna, veteri Friſiorum lingua, ruſticum ſonat; Veronamque Metropolim iſtius quondam Friſiæ, Anno ante Chriſtum natum 120. condidit, cum parens eius Gryns ſeu Grunus, triginta iam annis prius Caſtrum Grunoburgum, Groningæ urbis initium ſtatuiſset. Cuius avus paternus fuit Hajo, Friſonis conditoris Friſiæ filius, qui ex Heila Maiorum Chaucòrum Principis filia, Geroldum Cammenganæ, & Mannum familiæ Hermanæ genearchas, teſte Sterkenburgio, ſuſtulit. Schottus autem Friſonis ex Scholtone filio nepos, ſorte Oſtraciſmi cum aliis quibuſdam patria excedere coactus, è Schoterlandia ſua recta in Daniam profectus eſt, ductaque ibi Vlvilda Frothonis Regis ſorore in coniugem, magna inde Friſiorum ac Danorũ manu, primo in Belgium, deinde in Cantabriam, ac demum in Albaniam contendit, bonamq́; eius partem occupans Schotię nomen dedit. Saxo Grammat. hunc, cauſa fortè matrimonii, Danum facere videtur libro 8.



ASINGA ASCON

PRINCEPS FRISIÆ
QVARTVS.

ASINGA ASCON.

CLauſit Aſinga decem, binis, octennia brumis,
Bellum cum Batavis ad Rheni cornua geſſit;
Per que ſuos retulit, decumbens vulnere, palmam.
Vix Danum evaſit, Tongroque â Rege Brabone eſt
Captus; at in ſolium rediit dimiſſus avitum.
E rubro, ignivomus Draco vectus in aera, Cliffo,
Perſtitit ad mediam, ſeque antro reddidit, horam.
Ictum eſt Auguſto cum Cæſare fœdus; & almum,
Prodiit intacta natum de Virgine Verbum:
Anno quo primum eſt circundata Stauria vallo.

Succeſſit Patri anno ante *Chriſtum* natum 71.

And. Cornelius lib. 1. qui eſt *Occonis Scharlenſis*. *Suff*, de Script. *Friſ.* Dec. 2. cap. 2.

An. Principatus huius 71. Tũ enim, cum univeeſo Orbe, & *Friſia* in Pace erat, teſte *Scharlenſe*.

PRimus hic Friſiæ *Principum exteris bellum intulit, & fines imperij ſui extendere conatus eſt, ſed parum felici ſucceſſu, collecto enim propè* Stavoram *exercitu, primo* Bataviam *manu forti ingreſſus eſt, gentique illi plurima damna & moleſtias intulit, tandem verò iaculo ictus domum repetere coactus fuit; decumbens tamen ex vulnere per ſubditos victoriâ potitus, triennales cum hoſte inducias pepigit; convaleſcens autem magno deinde animo & milite in* Danos *movit, ſed nullo quoque fructu, circumventus enim ab hoſte, vix manus eius evaſit & domum inglorius rediit: ultimo vero contra* Tongros *bellum ſuſcepit, in quo cum fortè exercitum hoſtilem de nocte luſtraret, agnitus & Captus eſt, ſed à* Carolo Brabone Tongrorum *Rege in gratiam* Diocari *Principis, qui ipſi ſedecim annis militaverat, rurſum dimiſſus. Anno Principatus huius* 71, IESUS CHRISTUS VERI DEI FILIUS *ex virgine* MARIA *carnem aſſumſit, & homo factus eſt, eodemque* Friſia (*quando cum* Auguſto *& toto iam orbe in pace eſſet*) Stavoram *metropolim ſuam* vallo *munivit; propè quam poſt annos quatuor è colle, quem vulgo* Kliffum rubrum *appellant, per tres continuos dies flamma terribilis emicuit, quarto autem* Draco *ingens ex eodem loco in ſublime evolavit, magnumque incolis terrorem incuſſit; poſt ſemihoram vero iterum deſcendens, antro ſe recondidit, nec amplius viſus eſt.*



DIOCARVS SEGON

PRINCEPS FRISIÆ QVINTVS.

DIOCARVS SEGON.

SEptem, Diocarus, Friſiæ *prænobile, luſtris,*
Imperium tenuit: pacis Studioſus; ad arma
Exercenda Scholas quamvis erexerit, atque
Romanis *fuerit* Bataviſque *infeſtior; ad quos,*
Suſpenſis famulis, è Flevi Olennius *Arce*
Fugerat, Hollandi *qui fertur nominis author.*
Namque bis, hoc ipſo, Romani, *tempore, cæſi*
Sunt, in Criptoricis Villa; Lucoque *vetuſto,*
A Friſiis *olim* Baduennæ *nomine dicto:*
Cognomenque tulit Princeps hinc nobile Segon.

Succeſſit patri, juxta *Suffri* de Orig. *Friſ.* l. 2. c. 15. quem in hac genealogia ſequor. Anno Dom. 11.

Tacitus Annal. lib. 4.

Segon quaſi Victor **Sege** enim Victoriam ſonat.

CVM *templum celeberrimū* Tanfane, *vulgo'* **Taldenfane**/ *in* Marſis Friſicis, *à* Romanis, *ut* Tacitus *refert, everſum eſſet,* Scholas *hic* publicas ad militarem diſciplinam Friſiis perdiſcendam *erexit, quibus et in ſumma pace annos ſeptendecim præfuit, poſtea vero ob coria boum,* Auguſto Cæſari *tributi nomine promiſſa, tumultuari cæptum eſt, cui tum* Olennius *unus ex primipilaribus exigendo præpoſitus erat, qui licet* Friſius *eſſet, ut* Romanis *placeret, ad formam virorum ea pendi voluit, aut eorum nomine grande pretium inferri: ſed cum primum boves ipſos, mox agros, poſtremo corpora coniugum & liberorum in ſolutum dediſſent, patientia tandē in furorem ob rei indignitatem verſa eſt, raptiſque qui tributum colligebant militibus, & in patibulum actis,* Olennius *ut periculum evaderet in* Flevum Flielandiæ *arcem* Romanorum *præſidio munitam ſe recepit, in qua cum à* Friſiis *obſideretur,* Romani *ad* Rhenum *præſidiarÿ armis* Friſiam *invaſerunt, ſed obſidione ſoluta nongenti ex iis in luco* Baduennæ *hodie (ut opinor)* **Boddegawolda**/ *circa* Covardiā *à* Friſiis *cæſi ſunt, & paulo poſt in* Cryptoricis Villa, *ſeu* **Cropſwolda**/ *ut volunt, prope* Gronengam *quadringenti.* Olennius *autem,* Friſiis **Hollo**, *id eſt* Capito, *dictus cum ex arce* Flevo *in* Bataviam *perfugiſſet,* Friſii *eam per contemptum* **Holle-lant** *ſeu* **Hollant** / *id eſt* Hollonis *terram nuncuparunt. Princeps vero hic cognomento* Segon, *id eſt, victor dictus fuit,* Sege *enim victoriam ſonat.*



DIBBALDVS SEGON

PRINCEPS FRISIÆ
SEXTVS.

DIBBALDVS SEGON.

Dibbaldus *tredecem* Friſiæ *ter præfuit annos.*
Cura habita duræ, quæ iunctis undique regnis
Cara erat, annonæ; mox eſt externa ſecutus
Signa, feras Aquilas, & Claudi Cæſaris *arma.*
Bella Domum rediens cum Danis *aſpera geſſit,*
Aſpera cum ſævis, ſed iniquo Marte, Sycambris,
A Sancto,[a] Ægiſtus, *Petro, hoc ſub Principe, miſſus,*
Primus Apoſtolico Friſiis *eſt munere functus;*
Legatis Roma *comitatus ab urbe,* Tubantum
Ob vacuos, iſtuc quos Friſia *miſerat, agros.*

Succeſſit Patri anno 46. *And. Corn* lib. 1. ex *Occ. Scharlenſe.*
De hac annonæ caritate vide S. *Luc.* in actib. *Apoſtolorum* cap. 11. *Sueton.* in *Claudio. Dionem.* l. 60. *Ioſeph.* lib. 20. cap. 2. unde liquet hiſtorias patriæ noſtræ non eſſe fabulas.
a *Cappidus.* In Eccleſiaſtica *Friſia* hiſtoria.
Tacitus Annal. lib. 13.

SVB *initium Principatus huius, cum ingens annonæ caritas* Friſiam *vicinaſque Provincias ſupra modum affligeret, hic levandæ iſti naves in* Britanniam *aliaſq; mundi partes emiſit, frumentumque inde adportatum liberaliter diſtribuens, ſubditorum ſibi animos mirum in modũ devinxit: conſtituto autem in* Friſia *vicario, per annos aliquot* Claudio Cæſari *magno cum honore militavit: domum vero rediens cum inquieti eſſet animi, primum in* Germanos, *deinde in* Danos, *poſtremo in* Sycambros *exercitum duxit; ſed ubique damnum paſſus, ad ſuos reverſus eſt, & præ mærore animi in morbum incidens octennio poſt deceſſit.* Verritus & Malloriges Friſiorum legati *ab hoc Principe ob vacuos* Tubantum *agros* Romam *miſsi, dum fortè urbem perluſtrant in* Pompei Magni *Theatrũ introducti ſunt, ubi diſcrimina ordinum, quis Eques, quis Senatus dum percunctantur, advertêre quoſdam externo habitu inter Senatores conſidere; & quinam eſſent rogitantes, cum audiſſent earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitiâ in* Romanos *præcellerent, nullos mortaliũ armis aut fide ante* Germanos *eſſe exclamârunt, digreſſique inter Patres conſederunt, quod comiter à viſentibus exceptum,* Nero *ambos civitate donavit. Hos D^us.* Petrus, *teſte* Cappido, *ad fidem convertit, & S* Ægiſtum *diſcipulum* Domini *cum iis in patriam miſit, qui* Friſiis Saxonibuſque *Euangelizans* Bardevici *martyrium paſſus eſt.*

TABBO.



TABBO

PRINCEPS FRISIÆ
VLTIMVS.

TABBO.

TAbbo *novẽ luſtris, ſupremus in Ordine* Princeps
Præfuit; ingenio durus, ſed fortis in armis:
Italicas *auxit,* Friſiorum *robore vires;*
Sæva feris quando Cæſar Romanus *haberet*
Prælia cum Cattis: *at devaſtantibus ipſam*
Normannis Friſiam, *ſe protinus inde recepit,*
Armaque, cum præda fugientes, vertit in hoſtes;
Vindictam fruſtra meditans. Illuſtria, fagi,
Scripſit, in aſſerulis, maiorum geſta ſuorum;
Friſonis *antiqua condens ea Bibliotheca.*

Succeſſit Patri juxta *Suffr.* Anno 85.

Cæſar Domitianus.

Occo Scharlenſis, referente *And. Corn.* lib. 1. Scripſit hiſtor. patriæ ſuæ. *Cappid. Staurien.* Bibliotheca hæc poſtea cũ ingenti Antiquitatũ *Friſicarũ* damno exuſta eſt. *Suff.* de Script Dec. 7. c. 3.

TO*parchã in* Friſia, *qui populo ius diceret, conſtituto, hic* Domitiano *Cæſari contra* Cattos *opem tulit, & continuis novem annis militavit, ingenio enim ei erat ſimillimus, ac ad tyrannidem magis quam manſuetudinem proclivis.* Normannis *vero* Friſiam *armis graviter affligentibus & vaſtantibus, domum rediit, eoſque præda ingenti onuſtos & profugos comparata celeriter claſſe & exercitu tam mari quam terra nequicquam inſecutus eſt, tempeſtatibus aliiſque remoris præpeditus; non imperitus quidem bello, ſed infelix erat, quapropter otio quoque & quieti ſe poſtea dedit, nec aliquem amplius impetiit, nec ab aliquo impetitus fuit Scripſit, ut* Cappidus *refert, de poſteritate* Friſonis, Friſiæque *Principibus, & bellis* Friſiorum *cum vicinis nationibus geſtis. Vixit ſub Principatu eius* Harco Sapiens, Pontifex *ſeu* Præfectus Druydum *in* Friſia, *filius* Serapionis *& nepos* Vithonis, *qui primus ſub* Diocaro *Principe,* Hajoni Friſonis *filio in Pontificatu ſucceſſiße invenitur, ſed longo ex intervallo, integra enim* Pontificum ſeu Præfectorum Druydum *ſeries non extat. Sedem autem ſuam, ut cæteri omnes(*Schoto *et* Suffrido *teſtibus) in aula* Dei Stavonis, *ubi nunc eſt* Leovardia, *habuit; Cathedræque ſimul & publicæ* Friſiorum *ſcholæ præfuit, unde & nomen* Sapientis *cum reliquis* Druydum Præfectis *adeptus eſt: ſchola vero hac eo fuiſſe loco ſcribitur, qui adhuc* Leovardiæ *vulgo* Oldehooff/ *id eſt vetus Aula, dicitur.*

Duces Friſiæ



ASCONIVS.

DVX FRISIÆ
PRIMVS.

DVCES FRISIORVM.

ASCONIVS.

Vſtra Octo Aſconius, *prope cũ trieteride, primus*
Dux tenuit regimen: pacis ſectator ubique,
Vicorumque fuit ſtructor, Druydumque *patronus.*
Quatuor inſignes, felici ſydere, natos
Suſtulit: exculti duo ſunt in Cæſaris *aula.*
Multa ſub hoc ſenſit terrâ portenta, marique,
Friſia; *abundantem vidit ſalſedinis undam*
Manare ex puteo: vidit prorumpere, rubro,
Sulphureas, Cliffo, *flammas: viditque frementem*
Agricolas, Lavicam, *monſtris terrere marinis.*

Succeſſit patri Anno 130

Suff. De Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.

Scharlenſis, apud *And. Corn*, lib. 1.
Vbbo Emmius lib. 4.

Cliffus Ruber. mons ſeu Collis prope *Stauriam.* Vulgò 'troode Cliff.

P*Rimus hic* Ducali *titulo inſignitus, paci admodum fuit deditus, venatione & aucupio ſe magis quam armis delectans, unde nec ſolum vicinos Principes bello non laceſsivit, ſed inter diſsidentes quoq; longè lateque pacē compoſuit, ſubditoſque ſuos ad agros ſedulo colendos ſemper hortatus eſt. Pagos* Weſterwyrum *nõ procul à* Flielandia, Oyrhornam *inter* Almenum *&* Schellingam *dimidioque ab eo miliari* Weſterbyrum *condidit, qui nunc omnes* Oceani *aquis abſorpti ſunt. Portenta ſub eo multa in* Friſia *aparuerunt; flamma ingens & terribilis, ex eodem quo prius ſub* Aſinga *Principe*, Rubri Kliffi *fundo per totum rurſus octiduum emicuit, maximumque in proximo habitantibus, & ex eo peſtem metuentibus, terrorem incuſsit. Ex* puteo *etiam* quodam, *dimidio ferè à* Stavora *miliari, opera incolarum effoſſo, tanta vis aquæ ſalſæ per triduum effluxit ut prædia & omnes in vicinio agros inundaret, & triennium ſteriles redderet, nec antea ceſſavit, quam ex reſponſo Dei* Stavonis, *ſanguis pueri trimuli intectus, & aquæ mixtus eſſet. Sed &* Tritones marini *duo è* Lavica *flumine egreſsi*, Friſiam *cum omnium admiratione pervagati ſunt nulliq; damnum inferentes circa* Weſterbyrum Oceano *ſe condiderunt.* Sinna *Præfectus* Druydum *ſcripſit ad hunc* Ducem *de colendis* Diis patriis, *& exterminandis* Chriſtianis, *quorum nonnulli in* Friſia *tunc videntur fuiſſe, ex poſteris fortè eorum, qui à* S. Aegiſto *olim converſi fuerant.*



ADELBOLDVS.

DVX FRISIÆ
SECVNDVS.

ADELBOLDVS.

Succeſſit patri, An 173.

RExit Adelboldus *ſeptennia bina* Ducatum:
Culta patri, longæ, turbavit fœdera, pacis,
Cumque Brabantinis *contra tulit arma* Quirites,
Pro duce Goddardo *mærenti fata nepotis.*
Quos Antonini *Sapientis tempore, miſſo*
Fratre tamen, belli verſa vice, iuvit, & agmen
Vandalicum *fecit* Romanis *cedere Caſtris.*
Hoc, Vilti Sclavis, Friſoniſque *nepotibus, orti,*
Sub Duce, Rhenicolis, *veteri de ſede, fugatis,*
Vltrajectinam *cæperunt condere gentem.*

And. Cornel. ex Scharlenſe, lib 1.

Chro. *Hollandiæ*, Diviſione 2.
Vide infra Colonias *Friſiorum.*

H*ic patri diſsimilis, bello magis quam paci ſtuduit, Gymnaſiaque militaria à* Diocaro *Principe inſtituta, & longâ quaſi pace neglecta, aut parum frequentata, reſtituit; in quibus iuventus tribus in hebdomada diebus ad militiam ſe exercuit. Vicinos quoque Principes, ut* Ducatus *ſui pomæria extenderet, contra mandatum & exemplum patris ſui, bello creberrimè infeſtabat:* Goddardo Tongrorũ *ſeu* Brabantię Duci, Romanis *ob necem nepoti ſuo ex ſorore illatam, infeſto, militari ſe manu adiunxit, eiq; egregiam cum fratre ſuo* Tito Bojocalo *navavit operam, licet ipſe adoleſcens quadriennium in aula* Antonini Pii *educatus eſſet:* Marco *vero* Antonino Philoſopho *contra* Marcomannos, *vel (ut* Scharlenſis *habet)* Vandalos, Titum *fratrem ſuum cum copiis non contemnendis ultro in auxilium miſit; quem cum* Imperator *inſolita exultatione & lætitia excepiſſet,* Vandali *metu inde concepto, caſtra ſolverunt, qui poſtea tamen,* Albi *flumine traiecto omnia ad utramque* Viſurgis *ripam longè lateque depopulati ſunt, ſed mille quingenti ex iis ad* Amaſum *uſque excurrentes à* Tito Adelboldi *fratre de nocte fluvium tranante, Anno 183. cæſi ſunt et penitus deleti. Hoc tempore* Vilti *populi ex* Friſiis Sclaviſque *oriundi,* Antoninã *arcem à* Druſo Auguſti, *privigno olim conditam devaſtantes,* Viltaburgum *(ubi hodie* Vltrajectum*) extruxerunt.* Adelboldus *autem adverſæ valetudinis cauſa,* Ducatu *ſe abdicavit & fratri ſuo* Tito, *vivus, communi fratrũ reliquorum, omniumq; ſubditorum ſuorum concenſu ceſsit.*



Vandalus

TITVS BOIOCALVS.

DVX FRISIÆ
TERTIVS.

TITVS BOIOCALVS.

LVſtra decem Friſiæ Titus, & tres, præfuit, annos:
Romano in Studiis cæſo, tranſivit ad aulam
Cæſaris; ac ſcripto ſeſe purgavit, & ore.
Indeque cum magno dimiſſus honore, reviſens
Fratrem, Vandalico, patriam defendit, ab hoſte;
Trans Amaſum cædens prædonem nocte, ſuiſque,
Vaſta implens, Friſicis, Tecoburgica rura, colonis.
Sed poſtquam vivo fratri ſucceſſerat, omni
Cum populo firmam coluit cum Principe pacem:
Eloquio pollens, obſervantiſſimus æqui.

Succeſſit fratri An. 187.

Cecidit Vandalos Anno Domini 183. Vide infra Colon. Friſiorum.

And. Cornel. lib. 1. qui eſt Scharlenſis.

VIR non ſolum fortitudine & virtute bellica, ſed bonis quoque litteris ac eloquentia comprimis clarus, quibus Romæ cum in iuventute daret operam, commiſſa civis cuiuſdam nobilis cæde, inde diſcedere & ad Imperatorem Antoninum Philoſophum ſe conferre coactus fuit, qui licet doctorum virorum cultor & Mecænas eſſet inſignis, ipſum tamen, acceptis Româ de perpetrata cæde litteris, ſecum retinere in odium Romanorum, conſultum non putavit, ſed datis ei ad fratrem Adelboldum litteris commendatitiis, ad ſuos redire conſuluit; ipſe autem ad Goddardum Tongrorum ſeu Brabantiæ Ducem primo declinans, litteras commendatitias ad fratrem præmiſit, qui miſſis ſtatim legatis eum honorificè ad ſe reduci iuſsit, & non alio quam germani fratris loco habuit; licet illegitimo natus eſſet thoro: non multo enim poſt, cum Vandalos omnia dirè & crudeliter devaſtantes, inſigni circa Amaſum prælio ad internecionem cecidiſſet, & patriam fratremque ingenti liberaſſet metu, ſuffragio eius ac ordinum conſenſu in ſuperſtitis ipſe fratris locū ſurrogatus eſt, quo tamē inconſulto in rebus publicā Provincię ſalutē concernentibus, nihil unquam agere aut ſtatuere voluit. Pacem cum vicinis Principibus immotā colens, ſubditis ſuis admodū amabilis extitit, ex quibus etiā aliquos in terras à Vandalis circa Amaſum vaſtatas duxit, & Tecoburgicæ, veteri Friſiorum Coloniæ, initiū dedit. Scripſit, ut Suffridus refert, Apologiā pro ſe ad Romanos de cæde quam Romę fecerat, ſuaſq; et Principū diverſorū expeditiones.

VBBO,



VBBO

DVX FRISIÆ
QVARTVS.

VBBO.

SEx Vbbo *decies, dempta, regnavit, ariſta:*
Cuius Odilbaldus *Natorum maior, ab Vrbe*
Miſſus, in Ægyptum *Legatus* Cæſaris *ivit;*
Fat aque, Verbenam *geſtans, illuſtria clauſit.*
Ipſe autem, Batavis *felici Marte repreſſis,*
Aſpere, & iniuſte Friſiam *vexantibus, omnem*
Deinde ſuam placido tranſegit tempore vitam.
Hic Dockenburgum Lavicani *littoris Arcem*
Condidit; atque novis, in acuta Rupe, Colonis
Caſtrum, de patrui, Titoburgum, *nomine dictum.*

Succeſſit patruo An. 240. Legatus *Diocletiani Caſaris* in *Aegypto* obiit Anno 302.

Cum verbena herba Legati clarigatum mittebantur. *Plin.* lib. 22. *And. Cornel.* lib. 1. ex *Scharlenſe.*
Hodie *Doccomium* oppidum.

Hodie *Tecoburgum* conditum eſt autem An. 242.

HIC Titi *&* Adelboldi *ex* Richoldo *fratre nepos, pace & bello ex æquo fuit promptus, ſed multo tamen magis ad pacis negotia, quam belli ſtudia propenſus; ſecundo enim regiminis ſui anno, in tutelam ducta à* Tito Patruo *trans* Amaſum *Coloniæ, arcem validam petroſa in rupe condidit, & de nomine eius* Titoburgum *vocavit, quæ hodie* Tecoburgum *vulgo dicitur, & Comitatus titulo inſignita,* tria *adhuc* rubra Nymphææ herbę folia, *in memoriam originis* Friſonicæ *pro inſigni tenet:* Dockenburgum *quoque ad* Lavicam, *quarto poſt anno erexit, caſtrum longè fortiſsimum, & ad arcendos piratas accommodatum; ſed &* Stavoram Friſię *metropolim compluribus ædificiis exornans, ampliorem multo & venuſtiorem reddidit: verum cum iam Dux patriæ ornandæ intentus eſſet,* Batavi Friſiam *ex improviſo invadentes, multis cladibus & damnis affecerant,* Vbbo *autem re comperta, celerrime collegit exercitum, & tanto ſe illis animo & virtute oppoſuit, ut ab ulteriori agrorum depopulatione facilè deſiſterent, tanta enim acerbitate utrimque pugnatum eſt, ut nec prælio commiſſo facile deprahendi potuerit ex qua parte plures cecidiſſent, quingentis ex utraque circiter deſideratis,* Batavi *vero relicta* Friſia *inglorij domum reverſi ſunt: Sub hoc Duce* Franci *primum innoteſcere cœperunt, qui ſi non eadem (ut* Iunij *verbis utar) cum* Friſiis *gens, ad* Amaſum Vidrumque *certè vicina fuit.*



HARON VBBO

DVX FRISIÆ
QVINTVS.

HARON VBBO.

A*Nnis octodecim* Friſiæ *bis præfuit* Haron:
Vxorem iuvenis, Danorum *Regis in aula*,
Duxit, ubi primus ſeſe exercebat in armis:
Et binos generans præſtantes indole natos,
Pacificè reſidens Cliffenſi *rexit in Arce*;
Vrbeque Metropoli ſummo tumulatus honore eſt.
Vix hic Imperij menſes geminaverat octo,
Quando Medenblicum *ſtrueret* Didericus, *& una*
Cum gente Hollonis, Friſonis *cum gente minoris,*
Conderet Occidui Friſiæ *primordia Regni.*

Succeſſit patri An. 299.

Prope *Stauriam Friſiæ* Metropolim *And. Cornel.* lib. I. Ex *Scharlenſe.*

Medenblicum conditum eſt Anno 300 Vide infra Colon. *Friſiorum.*

A*Doleſcens annorum duodecim à patre in* Daniam *eſt miſſus, ut militarem aulæ iſtius diſciplinam addiſceret, in qua cum annis aliquot verſatus eſſet, ducta uxore domum rediit, ac ſuffragiis ordinum, fratre* Odilbaldo *abſente, patri ſucceſſor conſtitutus, &* Dux Friſiæ *anno 299. inauguratus eſt; proximo autem* Didericus Aſconij *primi* Friſiæ Ducis *ex* Radbodo *filio nepos,* Medenblicum *condidit, et ab eo aliiſque quatuor nobilibus terra illa, quæ à* Stavora *occidentem verſus ultra* Flevum Rheni *oſtium, hactenus quaſi pro derelicto habebatur, aggeribus cingi, excoli, domiciliiſque frequentari ac tandem* Friſia Occidentalis *vocari cæpta eſt; cui cum vicini ſe, quoque* Friſii, *agros circa* Veronam *colentes adiunxiſſent,* Didericus Regem Occidentalis Friſiæ *ſe nominari præcepit, ſed* Dux Haron *contractis ilico copiis eum in ordinem redegit, & Ducis titulo contentum eſſe compulit.* Odilbaldus *vero frater* Haronis, *cum anno 253. ad* Carolum Verricum Tongrorum *ſeu* Brabantiæ Ducem *à patre eſſet miſſus, quadriennio poſt ad* Valerianum Imperatorem *conceſſit, cui gratus admodum fuit, & magnam bello laudem conſecutus eſt; poſtea autem* Legatus *à* Diocletiano Cæſare, *in* Ægyptum *miſſus, non ſine gravi* Imperatoris *fratriſque & ſuorum omnium mærore anno 302. diem clauſit extremum.* Harco Sinne Sapientis Præfecti Druydum *in* Aula Dei *ſucceſſor, ſcripſit de immortalitate animæ humanæ ac de anima brutali, ut* Hubertus Schotus *refert.*



ODILBALDVS

DVX FRISIÆ
SEXTVS.

ODILBALDVS.

ACer Odilbaldus, Friſonum *clariſſimus heros,*
Annis regnavit viginti quinque repreßit
Caſtra, Gronenganam, *vaſtantia* Veſtphala, *terrā.*
Multatis Batavis, Friſioque *è rure fugatis;*
Præfecto, intonſos, domuit Laſcone, Sycambros.
Parteque Veſtphaliæ *celeri virtute ſubactâ,*
Condidit Iburgum, Suſatum *condidit, atque*
Nobile Eſonſtadium, Lavicana *quod abſtulit unda:*
Dilatans Stavoram *foßiſque & mœnibus; auctâ*
Divitiis Patriâ, magnis ditionibus auctâ.

Succeſſit patri Anno 335.

Yglo *Laſcon* militiæ Præfectus *And. Cornel.* lib I. ex *Scharlenſe.*

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

D*Vx bellicoſus ac prudens,* Stavoram *urbem non ſolum foſsis mœnibusq́; latioribus et altioribus cinxit, multiſq; anno 339. privilegijs donavit, ſed & ipſam quoque provinciam vicis incoliſque multo frequentiorem & ornatiorem reddidit; in qua* Wardenam *oppidum, poſtea* Eſonſtadium *dictum, ad mare* Lavicanum, *non procul à* Dockenburgo *condidit. Anno autem 344.* Weſtphali Angariique Friſiam *ex improviſo invadentes, terram omnem inter* Amaſum Lavicamque *fluvios devaſtarunt, quibus* Odilbaldus *occurrens, hoſtes non ſolum præda exuit, ſed & eos domum uſq; inſequens, bonam* Angariæ Weſtphaliæque *partē ſuæ ditioni ſubdidit,* Iglonemq; Laſconem *virum ſtrenuum illis Præfectum dedit, qui ſtatim ut ſubiectos in officio contineret, tres arces, primam in* Angaria, *quæ poſtea* Witekindi *fuit, ſecundam* Suſati, *tertiam* Iburgi *erexit, ac aliquas etiam* Sycambris *ademit.* Batavos *vero* Fiiſię *fines infeſtantes ac depopulantes, Dux ipſe in fugam vertit & magna affecit clade, captis aliquot eorum caſtris et munitionibus quas præſidiis firmavit: reliquum vitæ tempus in pace tranſegit, filiumque ſuum* Vdolphum Haronem *bellis Gymnaſticis pro more patriæ diligenter inſtitutum, ad* Iglonem Laſconem *in* Veſtphaliam *miſit, ut ibi cum hoſte confligendo, exactius diſciplinam militarem perciperet; ſed biennio poſt, ob morbum patris domum revocatus eſt, qui & anno 359. ingenti ſuorum mœrore è vivis deceſſit.*



VDOLPHVS HARON

DVX FRISIÆ
VLTIMVS.

VDOLPHVS HARON.

Succeſſit patri Anno 360

V Ndecima Regimen *trieteride liquit* Vdolphus
Patre domi primum Gymnaſtica bella, deinde
Vera in Veſtphalia *didicit* Laſcone *magiſtro*:
Cui poſt oppreſſo, quoque Dux ſuccurrit, & omnem
Porro Veſtphaliam, *prope, ſubdidit*, Angariamque
Hengiſtum *ac* Horſum *genuit de Coniuge* Suana;
Qui Brabantina *reduces, &* Cæſaris *aula*,
Sorte nigra juſſi Patriam liquêre, petentes
Anglica, *avi, pariter*, Vergiſti Saxonis, *arua*:
Quod tulit hinc ab ijs & victa Britannia *nomen*.

Yglo Laſcon Toparcha Veſtphaliæ.

And. Corn. ex *Schar.* lib. 1. *Suff.* de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

Vide infra Colonias *Friſio.*

D*iſciplinis hic militaribus domi foriſque egregiè exculius* Igloni Laſconi *Præfecto ſuo, à* Sycambris Angariis *ac* Veſtphalis *anno 368. impetito, ac armis propemodum oppreſſo, ingenti exercitu auxilio venit, & totam penè* Angariam Veſtphaliamque *bello ſubiecit, duxitque in uxorẽ* Suanam Vergiſti Satrapæ Saxonici *filiam, ex qua ſuſtulit filios duos* Hengiſtum *&* Horſum, *qui cum primum apud* Valentinianum Imperatorem, *ac deinde* Taxandrum Tongrorum *ſeu* Brabantiæ Ducem, *annos novem militaſſent, ingenti cum honore domum reverſi ſunt, et à patre in* Angariam *miſſi, ut* Igloni Laſconi *contra hoſtes ſubſidio eſſent. Poſtea autem, patriæ à nimio populo levandæ gratia cum more maiorũ ſors mitteretur, ipſi inter eos qui decedere deberent ambo inventi ſunt, qui mox Duces reliquis præfecti; primum quidem ad* Vergiſtum *avum maternum* in Angliam veterem *propè* Iuthiam *contenderunt, qui illos in filios adoptavit, & Provinciam iſtam cum ſuis habitandam dedit; deinde vero à* Vortingerno *Rege in* Britanniam *contra* Pictos *&* Schotos *ſubſidio vocati, vi ac aſtu Regnum illud occuparunt*, Angliæque *ſuæ nomen indiderunt; primo tamen* Cantiæ Reges, *quaſi littorales* Friſicè *dicti ſunt*, Friſios *enim eos fuiſſe præter* Scharlenſem, Vorperum, Hopperum *& reliquos noſtrates, teſtantur Chronica* Hollandiæ, *&* Leidenſia, *ac vita* S. Willebrordi; Beda *adoptionem ſequitur. Vterq́; bello, patre adhuc vivo, interiit*, Hengiſto *autem* Orichius *filius in Regno* Cantiæ *ſucceſſit.*



RICHOLDVS VFFO.

REX FRISIÆ
PRIMVS.

FRISIORVM REGES.

RICHOLDVS VFFO.

Viginti geminas, & tres Richoldus *ariſtas*
Aſſumptũ Diadema tulit; dominanſq́; Sycãbris,
Angariis, Foſis, Chaucis; *aliiſque ſubactis,*
Marte Ducum, populis; Batavos *Rex depulit acri,*
Normannoſque, *manu. pulchras venantibus ædes*
In Fluſa, *& ſacrum* Creila *conſtruxit aſylum;*
Quæ modo ſunt Nymphis; quæ ſunt Tritonibus antra.
Regia quin Stavoræ *præclara palatia fecit,*
Sumptibus immenſis, & cultu divite; mira,
Depictis, in iis, ſe præcedentibus, arte.

Succeſſit fratri uxoris Anno 392.

Chauci Friſii Orientales. Foſi eorum olim vicini.

Aſylum in *Creila* erectũ eſt Anno 409. *Chro. Hollandiæ. Occo Scharlenſis* Vtrumq; Nemus abſorptum; nomen in aquis adhuc retinet. *Suff.* de Script. Decade 3. & alibi.

CVM *propter mortem filiorum* Vdolphus *mærore fractus, Ducatu ſe abdicaſſet, hic communi ordinum ſuffragio et ſuffectus eſt, erat enim præclarâ apud* Friſios *domo natus, et* Odilbaldę *ſororis* Vdolphi *maritus; inauguratus autẽ, omiſſo Ducis titulo,* REX FRISIÆ *ſalutari voluit, quæ iam ſubiectis circumquaque populis & Provinciis; in iuſtam Regni amplitudinem excreverat. Multa præclarè geſſit,* Danos *&* Normannos Friſiã *devaſtantes, inſigni circa* Gronengam *prælio vicit, & ad internecionem cecidit, licet primo aggreſſu ſtragem paſſus eſſet, cum iis tamen nec certam pacem nec apertum bellum habuit, donec cum utraque gente decenne iniret fœdus, et filio ſuo* Odilbaldo Haddingã Normannię Regis *filiam uxorẽ acciperet, eumque* Comitem Titoburgenſem *faceret.* Batavos *quoque,* Dibbaldũ Occidentalis Friſiæ Regem *clientem ſuum, infeſtantes, non ſolum armis repreſſit, ſed et castris quibuſdam exuit; cumq́; filio ſuo* Odilbaldo *à vicinis penè oppreſſo, copiis auxiliaribus ſuccurriſſet, palatium pulcherrimum & ſplendidiſſimum* Stavoræ *erexit, depictis in eo tanta arte omnibus ante ſe Principibus, ut ad viſendum illud* Carolum *quoque* Pulchrum Brabantiæ Ducis *filium pellexerit; ſed & in luco* Creila *aſylum ad ſontium confugium, & in* Fluſâ *ædes ſpecioſiſſimas, ſeu prætorium, pro ſe & aulicis venationi vacantibus extruxit, ſubditiſque ſuis ut humanus ac affabilis ita & gratus admodum extitit.*



ODILBALDVS.

REX FRISIÆ
SECVNDVS.

ODILBALDVS.

GEſſit Odilbaldus, *Nata, cum coniuge, Regis*
Normanni Haddinga, *ſeptennia quina Coronã.*
Is Tecoburgenſi *Comes antea primus in arce*
Rexerat, & graviter vicino preſſus ab hoſte,
Senſerat auxilium, traſmiſſo milite, Patris.
Sed Rex filiolis tribus eſt ditatus, & unum
Imperio, reliquos liquit gentilibus Anglis
Hoc, Hengiſtiacæ *Præfectus, tempore, claſſis,*
Taco Hermana *vagans Arctoa per æquora, terram*
Appulit ad vacuam, cui nunc Frieſlandia *nomen.*

Succeſſit patri Ann. 435.

Cum *Friſii Tecoburgum* [illegible] per Prefectos aliquandiu rexiſſent, hic primus ibi Comes à patre cõſtitutus eſt. *Occ. Scharlenſis* ſeu *And. Corn.* lib. 1.

Filii duo, in *Anglia* cæſi ſunt. *Scharlenſis.*

Suff. in Præfat. de Script. *Friſiæ.* Vide infra Colonias *Friſiorum.*

P*Rimus hic* Comes *fuit* Titoburgenſis, *& patre mortuo* Rex Friſiæ *ſecundus; ex* Haddinga Normannica *genuit filios tres & filias octo, quarum ultima anno 509 in fata conceſſit:* Richoldus *autem natu filiorum maximus diligenter educatus & omni diſciplinarum genere inſigniter excultus eſt, parens enim eius non ſolum prudens erat & cordatus, ſed fortis quoque & animoſus, ita ut hæredibus ſuis & toti Regno domi iuxta ac foris eſſet utiliſsimus. Reliqui vero duo filij* Hengiſtus & Horſus *(nomina avunculorum ſuorum in* Anglia *occiſorum referentes) matre mortuá &* Titoburgi *more Regio ſepultâ, ambo ad* Norvegiæ *Regis aulam à patre miſsi ſunt, ut bonis ibi diſciplinis & præſertim militaribus apud proximos Principes imbuerentur. Patre autem mortuo cum domum reverſi eſſent; conſenſu & ope* Richoldi *fratris magna claſſe & exercitu* Britanniã *invaſerunt, ſed primo ſtatim prælio occumbentes, quorum nomina ferebant, eorum & fata imitati ſunt.* Tako *vero* Hermana *Præfectus claſsis cum* Douvone Hiddema *tempeſtate deiectus, ad Inſulam quandam vacuam in boreali oceano appulit, quam & occupans de nomine patriæ ſuæ* Frieſlandiã *dixit. Circa hæc tempora Anno ſcilicet 515. prope* Dockenburgum *viri novem, tres mulieres, & pueri ſex in quodã penuario occubuerunt, neque mortis eorũ cauſa ab aliquo deprehendi potuit, tandẽ ſuſpicio de baſiliſco apud vicinos orta, ac tota domus cum penuario incenſa & igne conſumpta eſt.*



RICHOLDVS. II.

REX FRISIÆ
TERTIVS.

RICHOLDVS II.

Succeſſit patri Anno 470

A*Lter tres annos, duodenaque luſtra,* Richoldus
Obtinuit ſceptrum; veniente, ex Anglia, Ebiſſa,
Fratre Octæ, Orichij *nato,* Hengiſtique *nepote*;
Angariæ *in Feudum, cognato ac Rege, Ducatum*
Qui tulit; & multos genuit Regeſque, Duceſque,
Stemmata Sigardi, Vitekindi *Stemmata* Magni.
Rex hic Veſtphalicos *compeſcens ipſe tumultus;*
Reppulit inſigni Clodoveum *robore* Francum.
Depulſoſque Amaſo Danos, Hercone *reviſit*
Vendice; qui ſpoliis rediit ditatus opimis,

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

Vitekindus, & poſteri, per *Ebiſſam* ab *Hengiſto* deſcendentes, Nymphæis veterũ *Friſiorum* inſignibus uſi ſunt. Vide Chronica *Oldenburgenſia.* *And. Corn.* ex *Scharl.* li. 1.

C*Lodoveum* Franciæ *Regem*, Veſtphaliam *infeſtantem cum hic armatâ manu in fugam vertiſſet*, Haraldus Danus *Comitatum mox* Titoburgenſem *magnis affecit cladibus, quem ipſe quoque non ſolum retrocedere compulit, ſed & fugientem per* Herconem *virum ſtrenuũ, bello apud* Imperatorem Conſtantinopolitanum, *et* Theodoricum Italię *Regem exercitatum, claſſe feliciter inſecutus eſt, qui deprædata & exuſta* Dania *ſpoliis ampliſſimus in* Friſiam *rediit*: Veſtphalos *quoque ſibi rebellantes Rex armis compeſcuit, & denuo iurare in verba ſua coëgit. Circa hæc tempora* Ebiſſa, Hengiſti *ex* Orichio *filio nepos, ex* Anglia *in* Friſiã *veniens, ab Rege Cognato ſuo* Angariam *bonamque* Veſtphaliæ *partem in feudum accepit, ab hoc* Sigardus, Vitekindus *Magnus, ac plures alij* Angariæ Saxoniæque *Duces orti ſcribuntur: à* Vitekindo *vero iuxta* Crantzium & Munſterum, Henricus Auceps, Ottoneſque Cęſares *deſcendunt, ut & iuxta* Hamelmannum, Reges Daniæ & Comites Oldenburgenſes. *Inſignia autẽ* Ebiſſa *à Rege* Friſiæ *accepit* equũ nigrũ *cum* tribus Nymphęis rubeis *ad memoriã avi ſui* Hengiſti *(quod nomẽ equum ſonat) per atrã ſortem Regno* Friſiæ *privati, quæ &* Witekindus *ante baptiſmum geſſit, poſtea vero equo uſus eſt albo,* Nymphæis Friſicis *ſuperimpoſito* equum Veſtphali, Nymphæas Angarij *adhuc pro inſignis habent.* Richoldo *filij fuerunt duo, quorũ maior natu* Odilbaldus *à* Ridſardo Aurindulio *in filium adoptatus eſt, ſed ante ipſum & patrem naturalem obiit.*



BEROALDVS

REX FRISIÆ

QVARTVS.

BEROALDVS.

Septem annis, luſtriſque decem, Beroaldus, *utrique*
Regno, tam ſoceri, patris quam, præfuit hæres:
Nymphæaſque duûm miſcens inſignia Regum,
Quatuor Occiduas, ſeptem coniunxit Eois.
Victum hic Veſtphalicis Dagobertũ *cepit in agris,*
Auſpicio Yglonis Galamæ: *Regique parenti*
Clothario; *illuſum, detonſo crine, remiſit.*
Qui, gnati hinc ultro, Friſios *bis fudit, & ipſum*
Regem in Veſtrachia *iaculo transfodit; acerbum,*
Confecta, imponens devictis; cæde, tributum.

Succeſſit patri An. 533.
Cum primum ſocero, et poſtea patri ſucceſſiſſet: Regni utriuſq; Inſignia conjunxit.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

Cornel. Cornipolitanus in Mappa. *Ioan. Bochius* in *Belgio* ſuo.
Chro. *Holland,* Diviſ. 2. & alij.

In *defuncti fratris* Odilbaldi *locum cum hic à* Ridſardo Aurindulio Friſiæ Occidentalis *Rege in filium adoptatus eſſet, ac filiam unicã eius hæredem in uxorem accepiſſet, tam ſocero quam patri ſuccedens, utrumque* Friſiæ *Regnum obtinuit* Orientaliſq; Friſiæ ſeptem rubris Nymphææ herbæ foliis in tribus argenteis trabibus *per* ſcutum cæruleũ *obliquè ductis,* quatuor Friſiæ Occidentalis *cum* trabe una *addidit, & Regni utriuſque inſignia coniunxit, quæ poſtea apud omnes* Friſiæ Reges *in uſu manſerunt.* Dagobertũ Clotharii Francorum Regis *filium,* Suſatũ *in* Veſtphalia *obſidentem, Duce* Iglone Galema, *pugna victũ cepit, ſed comæ parte contumelioſè abraſa, ad patrẽ* Clothariũ *remiſit, qui ſtatim vindictã de contumelia filio illata meditans, in* Friſiã *ex improviſo irrupit, cui* Beroaldus *collecto celeriter exercitu propè* Engelhemum *in* Weſtergoa *occurrit, & ſenex cum ſene acriter dimicavit, donec* Clothario *vulnerato, ipſe ſagitta in pectus adacta proſterneretur, cuius caput iuſſu* Clotharij *amputatum & haſtæ infixum cum* Friſij *cernerent, fugâ ei victoriam ceſſerunt, quâ & per triduum crudeliſsime uſus eſt, nulli maſculo parcens qui menſuram gladij ſui excederet. Sed &* Dagobertus *audita patris victoria,* Veſtphaliam *rurſus invadens* Suſatum *expugnavit, &* Iburgum *deditione cepit;* Clotharius *autem tributo* Friſiis *impoſito, Præfectos eorum tota* Veſtphalia *expulit,* Sigardo *vero* Angariam *in feudum ut à* Friſiis *habebat, reliquit.*

ADGILLVS



ADGILLVS

REX FRISIÆ

QVINTVS.

ADGILLVS ſeu ALDEGILDVS.

ADgillus *geminis, poſt dena octennia, brumis*
Præfuit; at veteri, contento limite, regno:
Nam loca Veſtphaliæ, *conterminaq; omnia* Rheno,
Clotharius *victor ſibi iam ſubiecerat, ipſo,*
Occiſis, cum Rege, ſui ſuperantibus, Enſis
Menſuram, Friſiis: *quos Regis fortiter huius*
Herco *nothus frater,* Schotiæ *eſt Dux ultus in agris,*
Franco *hilaris ſuper hoſte cadens. hoc Rege, beatus*
Koniochus Friſios Vbiorum *viſit ab urbe;*
Francorum Eligius; Britonum Wilfridus *ab oris.*

Succeſſit patrj Ann. 590. Iuxta *Occ, Scharlenſem:* apud quem tamen hic, & in quibuſdam aliis, error eſt calcularius. Vide Annal, *Furmerij* hiſtorici *Friſiæ*, *Suff.* de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 15.

Herco, Francos, ſub *Eugenio* Rege, in *Schotia* cædens, victor occubuit. *And. Cornel.* ex *Scharlenſe* lib. 1.

Vide infra *Apoſt. Friſiæ.*

HIc à Clothario Francorum *Rege patri ſuo in utriuſque* Friſiæ *Regnũ ſuffectus eſt, adempta tamen* Veſtphalia, *cum terris omnibus, quas* Friſii *ultra medium* Rheni *brachium & mare auſtrium poſſidebant, tributoque annuo ſexcentorum boum impoſito, adiunxit ei Ephoros ſeu curatores quatuor ex gente* Friſica, *viros cordatos & à religione* Chriſtiana *non abhorrentes, quorum ipſe prudentiá & conſiliis in arduis ſemper negotiis utens,* Friſiam *magna cum pace et æquitate rexit, in qua etiam ſub hoc Rege præcipuè* Euangelium Chriſti *annunciari & divulgari cæpit, per SS.* Koniochum, Eligium, & Wilfridum, *quorum primus* S. Cuniberti Archiepiſcopi Colonienſis *Suffraganeus, in honorẽ* D[i]. Thomæ *ædem ſacram erexit* Trajecti *ad* Rhenum, *et* fidem Catholicam Friſios *undequaque vicinos docuit: ſecundus vero verbo & opere potens omne citerioris* Friſiæ *littus prædicando obivit: tertius autem ex* Anglia Romam *petens, tempeſtate in* Friſiam *delatus eſt, et ab ipſo Rege hoſpitio ſuſceptus, qui eum non ſolũ apud ſe hybernare voluit, ſed et ſubditis ſuis* Euangelium Chriſti *per totam hyemem annunciare permiſit, ex quibus multi ſacro etiam baptiſmate initiati ſunt, erat enim non Regi tantum ſed & ſubditis gratus, cum ex antiquis* Friſonibus Angliæ *domitoribus eſſet ortus, & linguam illorũ calleret.* Herco *Regis frater illegitimus, ex aula* Francica *ad* Eugenium Scotiæ Regem *conceſſit, à quo ductor exercitus conſtitutus,* Francos *inſigni prælio vicit, & patris mortẽ egregiè ultus eſt, ipſe tamen cum ferventius pugnaret victor in pugna occubuit.*



RADBODVS

REX FRISIÆ
SEXTVS.

RADBODVS.

Denis regnavit luſtris Radbodus, & anno:
Carcere Normanni perpeſſo Regis, acerba
Prælia cum Francis geſſit; iuveniſque Pipino,
Martelloque ſenex. Beroaldo nuper adempta
Plæraque reſtituit Friſiæ: captoque, ſacratam,
Præsbyteros pellens, Trajecto, diruit ædem.
Progignenſque novem, præſtanti corpore, proles,
Adſcivit generos Regum de ſtirpe, nuruſque.
Sed Divo illudens Vulfranno, & patribus Anglis,
Nequiter inſidum, ſacro, crus fonte, retraxit.

Succeſſit patri An. 672. Captivus fuit annis 6.

Martellum prope Coloniã vicit Anno 715. Sigebert. in Chron.

Paſſim apud Scriptores. tã noſtrates, quã exteros. Vide Theatrum noſtrũ Regum & Princip. Friſiæ

Chron. Holland. Diviſ. 3. cap. 9.

Vir feroci ingenio, acria cum Danis & Francis bella geſſit, Trajectum avo à Francis ademptum vi recuperavit, ædemque Do. Thomæ ſacram à Sto. Koniocho erectam diruit: ſed ab iiſdem Pipino Duce Anno 693. Trajecto rurſum expulſus eſt; Carolum vero Martellum ipſe anno 715. inſigni propè Coloniam pugna vicit: baptizandus à Sto. Vulfranno, pedem ex aquis impiè retraxit, dicens ſe malle cum multis maioribus ſuis eſſe in orco, quam paucis ignotis Chriſtianis in paradiſo. Stum. Wigbertũ primum Friſiæ Martyrem fecit qui cum Sto. Willebrordo aliiſq; ſocijs anno 690. in Friſiam ex Anglia venerat, Willebrordus autẽ anno 696. Romæ à Sergio Papa in Friſiorum Archiepiſcopum conſecratus, ſedẽ ſuam Trajecti ad Rhenum fixit, & ſacra ibi collapſa reſtauravit, fidemq; Chriſti cum ſocijs undecim, viris Apoſtolicis, per utramque Friſiam, erectis templis & cœnobiis, magno zelo & virtute miraculorum docuit. Rex vero Radbodus à diabolo faſcinatus in Ethniciſmo permanſit, & Trajectum rurſus per Gerlacũ propinquum ſuum (ut Chriſtianos expelleret) obſidione preſsit, quem tamen Pipinus Craſſus à Sto. Willebrordo præmonitus in fugam vertit. Habuit autem Rex Radbodus filios quatuor, qui omnes fidẽ Chriſti amplexi ſunt, ſicut et filia eius Teudoſuinda, Grimoaldi Pipini filij uxor; Othilda vero Gormoni Daniæ Regi Godefridum peperit; & Bolſuina Bolſvardiæ conditrix, Harialdo Dockenburgico Gordianũ Toparcham Tecoburgenſem; Eila autem Edelhardo Witekindi patruo nupta, Albionis Holſatiæ Ducis mater extitit.



ADGILLVS II.

REX FRISIÆ
SEPTIMVS.

ADGILLVS II.

ADgillus rexit ſeptennia bina ſecundus:
Tres genuit natos; duo ſucceſſere parenti,
Vltimus, & primus; regnavit tertius Indis.
Cum Bolſuina ſoror, Bolſvardica mœnia, Regis;
Atque Hornana nothus frater fundaverat Hornus.
Ipſe, tribus ſacra tinctus cum [a] fratribus unda,
Condidit Alcmariam; vicinam pene Veronæ
Occiduæ emporio Friſiæ: cui claſſe Britanna
Appulit, undenis cum millibus, Vrſula virgo,
Martyrio, ſævis, decoranda Coloniæ, ab Hunnis.

Succeſſit patri Anno 723 Iuxta exteros vero 718. Indis regnavit Ioannes Præſter. Libert. Berythenſis. Nauclerus, & alii cōplures Vide Colon, Friſ. infra. Multi hunc Gondobaldi filium faciunt.

a And. Cornel. ex Scharl. lib. 1.

Adr. Iun. in Batavia ſua Suff. de Orig. Friſ. l. 1. c. 9.

QVum primus hic Regum Friſiæ Chriſti fidem ſuſcepiſſet, Poppo Wirdumenſis cum inſigni Friſiorum manu in auxilium Carolo Martello contra Saracenos contendit, ibique parta ingenti victoria anno 730. pro fide feliciter occubuit, Turonique ſepultus et inter Divos relatus eſt; cum anno præcedenti Poppo Dynaſta in Warns, Claſſis Friſicæ Præfectus, in Borna ſeu Burdone fluvio Ooſtergoam à Weſtergoa lato tunc alveo dirimente ab ipſo Martello victus & occiſus eſſet, Friſiiq; iam plurimi Chriſtianæ ſe religioni ſubmiſiſſent, ſicut & ipſe quoq; Rex cum omni ſua prole, excepto Radbodo filiorū minimo, qui tum apud Othildā amitā ſuam Daniæ Reginā educabatur, & poſt Gondobaldum fratrem Regno Friſię potitus eſt; Ioannes enim inter duos hos fratres natu (iuxta Suffridū) medius, ob rarā vitæ ſanctimoniā et fidei propagandæ zelū à Friſiis, Præſter, id eſt ſacerdos cognominatus, Regnū avitū contemnens cum Otgero Dano, et Adele Adelingio, magnaq; Friſiorum et Danorum manu in Indiam Aethiopiamque incredibili virtute & audacia perrexit, occupataque ibi vaſtiſſima ditione, ac fide Chriſti ubique plantata, Regnū ſui nominis condidit; ut præter noſtrates Libertus Epiſcopus Bergthenſis, Ioannes Nauclerus, Faſciculus temporū & alij complures teſtantur. Mandevilius hunc Regis Gondobaldi facit filium, cui adſtipulantur Ioachimus Hopperus in Epitome ſua, et Boëtius Epo, in oratione de laude Friſiorū. De hac expeditione vide elegantiſſimum Paptiſtæ Mautuani carmen ad Principes Germaniæ; Genebrardus in Chronologia ſua notat eam accidiſſe circa annum Domini 790.



GONDOBALDVS.

REX FRISIÆ
OCTAVVS.

GONDOBALDVS.

ANnos ſex, *Patriæ, bis,* Gondobaldus, *habenas,*
Doccomij, *claræ, tenuit Rex conditor, urbis.*
Signa Pyrenæis figens in montibus, agmen
Friſonicum *fidei* Saracenos *duxit in hoſtes.*
Quos cum Martello Turonenſi, *primus, in agro,*
Fuderat, inſigni, Friſonum *Dux, robore,* Poppo:
Lætus uterque obiens Chriſti *pro nomine mortem.*
Sed Gondobaldum Radbodo *ex fratre nepotem,*
Si non imperio, tamen (ut fit) nomine Regem,
Forſitan hoc caſum bello magis arguit ætas.

Succeſſit patri Ann. 737

Ant. Sabellic⁹ l. 8 Enn. 8. *Scharlenſis, Turpinus,* & alii.

Vbbo Emmius lib. 4. Anno 730.

Ad hunc ſcripſit *Ioannes* Præſter ex *India,* teſte *Cappido.*

COnditâ *à patre* Adgillo, *circa* Veronam, Friſiæ Occidentalis *metropolim, civitate* Alcmariâ, *ipſe è caſtro* Dockenburgico, Dockomium *oppidum extruxit, in quo* S^us^. Bonifacius, *magnus ille* Germaniæ Friſiæq; Apoſtolus, *cum ſociis quinquaginta & uno, anno* 755. *martyrio coronatus eſt. Rex autem ipſe ſuppetias 8000.* Friſiorum Carolo Magno *contra* Saracenos *in* Hiſpaniam *ducens, cum* Rolando *aliiſq;* Chriſtianorum *Ducibus in* Roncivalle *occubuit, ut* Turpinus, Sabellicus, *atque alij referunt, ſed tempora id magis in* Gondobaldum *iuniorem rejiciunt, quē nepotē eius ex fratre* Radbodo *fuiſſe* Cappidus *refert: ſorores habuit duas, quarum natu maior* Cronovilla *nupſit* Adelbrico *ab* Adelen, *peperitque ei filios tres* Adelem, Fredericum, *et* Alfricum, *quorū primus cum* Ioanne Præſbytero *&* Otgero Dano *Cognatis ſuis (prole domi relictâ) in* Indiam *perrexit; ſecundus martyrio & ſignis claruit; tertiumque ſibi in* Epiſcopatu Trajectenſi *ſucceſſorem habuit:* Sandacilla *vero natu minor* Wigberto Angariæ *Duci,* Witekindi *magni filio nupta,* Brunonē *ei &* Walbertum *peperit, ad quos præter Cæſares, Reges, ac Duces, ſupra in* Richoldo *ſecundo memoratos, Comites quoque de* Iſengem *in* Flandria, *originē ſuam referunt.* Tecla *autē Regis* Gondobaldi *ex filia neptis, nupſit* Hajoni *à* Cammengha, *ex quorum filia* Odo *Dux* Suecus *antiquam ac illuſtrem* Botnyanorum *famiĩiā in* Friſia *genuit. Sub hoc Rege fides* Chriſtiana, *non ſolum in* Friſia, *ſed & vicinis circumquaque Provinciis per SS.* Suibertum, Marcellinū, Adelbertū, *alioſq; Sanctos,* Bonifacij *&* Willebrordi *ſocios, mirum in modum propagata eſt.*

RADBO



RADBODVS. II.

REX FRISIÆ
VLTIMVS.

RADBODVS II.

NObile Radbodus *geſsit diadema ſecundus,*
Sex & viginti Friſiæ *Rex ultimus, annos.*
Qui Trajectenſis *Clerique, & Præſulis hoſtis,*
Cum foret, ac ſub eo cæſus Bonifacius *eſſet:*
Per Carolum Magnum *ſolio eſt depulſus avito.*
Et Dana *auxilium fruſtra quæſivit in aula.*
Cum Gondobaldo *Comitumque Ducumque parente,*
Gerbrandū Egmondę Dominū *generavit; & iſtic*
Regno orbus, tumulum cum coniuge inivit Amarra:
Ipſaque, Francorum, Friſia *eſt, Provincia facta.*

Succeſſit fratri An. 749.

And. Corn. ex *Scharlenſe* lib. 1.

Regno ejectus eſt anno 775.
Gondobaldi hujus meminit *Cappidus Staurienſ.* *Gerbrandi* vero Chro. *Hollandiæ.* & plures alij. Obiit Rex An. 792. teſte *Heutero.* Vide Epitaphiū ad calcem libelli 2.

E*Ducatus hic in* Dania *apud* Othildam *amitā ſuam, ethnicas ſuperſtitiones imbibit, quas cum nec adultus fratri ſuccedens deſereret, ac Regni ſui* Chriſtianos Eccleſiamque Trajectenſem *poſt mortem adhuc* S^ti. Bonifacij *affligere non deſiſteret, à* Carolo *tandem* Magno *precibus oppreſſorum & Zelo propagandi* Euangelii, *moto, bis pugna victus, Regno expulſus, et in* Daniā *anno 775 fugatus eſt; unde tamē poſtea reverſus, ad fidē* Chriſtianā *cum* Amarra *coniuge Regis* Hunnorū *filia, à* S. Adelberto *eſt converſus, &* Egmondæ *anno 792. piè obiit, ut liquet ex utriuſque Epitaphio, quod ſub calcem lib. 2. exhibetur. Filios reliquit duos, quorum maior natu* Gondobaldus *patre à* Francis *regno eiecto, terras aliquas in* Friſia *citeriori, quæ nunc* Hollandia *dicitur, beneficio eorū retinuiſſe, et ex* Theodorico *filio nepotem* Gerolphum *habuiſſe videtur, quem* Ianus Douſa Walgarij *ſeu* Walgeri Teiſterbantiæ, & Theodorici *cognomēto* Friſii *primi* Hollandię *Comitis patrē fuiſſe; multis in* Batavia *ſua argumentis et monumētis probat; ſed et prior* Theodoricus *à* Ludovico Balbo Cęſare, Comes Auguſtodunenſis *factus,* Kiburgēſibus *quoque putatur originē dediſſe, ex quibus* Cęſar Rudolphus Heiduigā, *teſte* Cuſpiniano, *habuit matrē, quam* Friſiā *fuiſſe Annales noſtri referunt.* Gerbrandus *autē natu minor Dominij tantum* Egmondani *titulo gaviſus eſt, obiitque anno 845. relicto filio* Wolbrādo *ex quo illuſtriſsimi* Comites Egmondani *ſuā ducunt originē.* Gondobaldi *meminit præter* Suffridū, Cappidus *in Eccleſi:* Friſiæ *hiſtoria;* Gerbrandi *vero Chron.* Holland. *diviſ. 3. & alij plures.*



DIDERICUS

DVX FRISIÆ OCCIDENTALIS
PRIMVS.

DVCES FRISIÆ OCCIDENTALIS.

DIDERICVS.

RAdbodo *genitus patruo* Didericus Haronis.
Rure Medenblicum *vacuo fundavit*, *& apta*
Circunquaque novis fecit cultoribus arua.
Queis ubi iunxiſſent Friſonis *ſe forte minoris*,
Hollonique *ſimul veteri de ſtirpe nepotes*:
Occiduæ Regem Friſiæ *ſe ſcripſit*; *at acri*
Corripiens illum patruelis Marte, clientem
Reddidit, ac titulo Ducis inſignivit, & armis:
Nymphæas rubeas, *ſpumoſo in flumine, donans*,
Quatuor, *obliquè* glebam *findente* marinam.

Hic *Haronis Friſiæ* Ducis patruelis *Medenblicum* condidit Anno 300. Chron. *Holland.* Diviſ. 2 *And. Cornel.* lib. 1.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.

Inſignia *Friſiæ Occidentalis*: quatuor *Nymphææ rubeæ, in trabe candido per ſcutum cæruleum* oblique ducto.

ASconii *hic primi* Friſiæ *Ducis ex* Radbodo *filio nepos*, Flevũ *Anno trecenteſimo traiiciens duobus à* Stavora *verſus* Favonium *miliaribus oppidi* Medenblici *fundamenta iecit*, *& terras ibidem hactenus incultas ac quaſi derelictas excolere & aggeribus includere cæpit*; *habuitque ſocios & coadiutores quatuor*, *viros nobiles ſuoſque ex parte matris conſanguineos, quorũ primus* Gerardus Vtenwoudius *domiciliũ & ſedem ſuam conſtituit in pago* Opdico. *Secundus* Rolandus Vorneſſius *caſtrũ egregiũ* Videneſſæ *ſtatuit*, *Tertius* Kenno *filius* Heyconis Bennenbrocani, *domiciliũ ſuum in vico* Bennenbroca *collocavit*; *Quartus vero* Adelboldus *cognomento* Vinkelius *ædificavit in pago* **Winkel** *qui adhuc ſupereſt: Cum autem hac* Friſiæ occiduæ *pars ædificiis, pagis, caſtris, ac oppidis ita brevi tempore ornaretur, ut* Orientali Friſiæ *neutiquam cederet*, *ac poſteri* Friſonis *iunioris aliique circa* Veronã *habitantes*, Friſii *quoq; ſe imperio eius ſubdidiſſent*, Didericus *anno trecenteſimo Trigeſimo quarto ſe regem* Friſię *nominari præcepit, quæ arrogantia cum multis aliis, tum agnato ſuo* Haroni Friſiæ *duci comprimis diſplicuit, qui contractis ſtatim copiis ita* Didericũ *coanguſtavit, ut ſe lubens in eius poteſtatem dediderit*; Haron *autem nihil gravius in eum ſtatuit, ſed clientem ſuum reddidit*, *& ducis titulo contentum eſſe compulit, deditq; ei pro inſigni* quatuor rubra Nympheæ herbę folia *in* trabe candido *per* ſcutum cæruleum obliquè *ducto*.



LEMVS SEV GUILHELMVS

DVX FRISIÆ OCCIDENTALIS SECVNDVS.

LEMVS ſeu GVILHELMVS.

Initium regeminis huius, nec ſequentium inveni. Regnarunt autem hi Duces & Reges ſimul annis 223.
Andr. Cornel. lib. 1.
Chro. *Holl. Diviſ.* 2.

LEmus *in imperio* (Batavi *dixere* Guilhelmum)
Succedens Heli *tranato flumine, ad amnem*
Vſque Moſam, Viltos *rexit*, Sclavoſque *vetuſtos,*
Vxore è Britonum *ducta ſibi ſtirpe* Gygantum.
Qui, nempe, Albanis *eiecti finibus olim,*
Cum Rheni *incaſſum tentaſſent oſtia ſedem*
Hoc fixere loco: Caſtrumque immane ſtruentes,
Inde Vladertingi, *verſo, ſunt, nomine, dicti.*
Hic Waſſenariis *Princeps Heroibus ortum*
Contulit, ac faſces, & vectigalia Leidæ.

Herman. Contractus eos *Vladertingos* vocat.
Chron. *Holland.* Diviſ. 2 cap. 26.

HIC *Burggravio* (*ut vocant*) Leidenſi *natus*, Diderici *videtur fuiſſe nepos, uxorem habuiſſe ſcribitur ex proſapia Gygantum iſtorum, qui à* Bruto Aſcanii *pronepote* Albania *ſeu* Britannia *eiecti*, Moſæ *olim oſtiū intraſſe, &* Sclavoburgum *caſtrum prope* Vlardingam *condidiſſe memorantur; quibus & ipſe non ſecus ac* Friſiis *dominatus eſt.* Vilti *quoque* (*cum eſſet vir probus, ac integer*) *ſe imperio eius ultro ſubiecerunt, quorum arcem* Viltoburgum *à Cæſare* Valentiniano *olim dirutum ipſe reædificavit, & manibus foſſiſque de novo cinxit, arx autem iſta primum* Antoniana *vocata dicitur ab* Antonio *ſenatore quodam* Romano, *qui* Neronis *ſævitiam cum* Grano Aquiſgrani *conditore fugiens eam ad* Rhenum *ubi nunc eſt* Vltrajectum *conſtruxiſſe fertur.* Lemus *igitur hic non ſolum* Friſiis, *ſed &* Viltis Sclaviſque *ad* Rhenum Moſamque *præfuit, &* Friſiæ Occidentalis *dux appellatus eſt, ad hunc* (*præter filium & Nepotes ei in imperio ſuccedentes*) *illuſtriſſima quoque familia* Vaſſenariorū *originem ſuam refert, qui* Leidenſes *vulgo* Burggravii *nuncupantur, à* Burgo *ſeu* Pyrgo *in media fere urbe circinato mænium ambitu & fornicibus arcuatis ab* Hengiſto Friſio Britaniæ *domitore circa annum* Chriſti *quadringenteſimum condito:* Dinaſtę *hi ſeu* Burggravii *potentes olim fuerunt, & non ſolum proprietarÿ* Leidenſis *Civitatis, ſed &* Rhenani Territorii, *ſeu* Rijnlandiæ *domini.*



DIBBALDUS
REX FRISIÆ OCCIDENTALIS
PRIMVS.

REGES FRISIÆ OCCIDENTALIS.

DIBBALDVS.

Cum primū Occiduas caperet Dibbaldus *habenas,*
Prævalido Batavi *ſuperantes agmine* Rhenum,
Pene omni Hollando *privarunt* Friſones *agro:*
Littoreos, illos, ad Cattos *uſque fugantes.*
Sed Rex, *auxilio*, Friſiæ Richoldus *Eoæ,*
Venit, & afflicto reparavit damna clienti,
Hoſtiles aliquas antiquis arcibus addens.
Cognatumque Ducem, celebratis inde triumphis,
Occidui donans Regni diademate, ſecum,
Stante clientela, parili decoravit honore.

Primus *Friſiæ Occidentalis* Rex Chron. *Hollan.* Diviſ. 2.

Scharlenſis apud *And. Cornel.* lib. 1.

Occidentalis Friſiæ Rex erat Vaſallus *Orientalis* *Occo Scharlenſis* libro citato.

P*Rimus hic permiſſu* Richoldi *regis* Friſiæ Orientalis *(ſub cuius clientela erat) diadema aſumpſit, et rex* Friſiæ Occidentalis *factus eſt, duo igitur* Friſiæ *reges hoc tempore extiterunt, quorum alter orientis, alter occidentis imperio gaudebat, regna ea ſolo* Flevo Rheni *brachio inter ſe dividebantur, & Orientale* Stavoram, *Occidentale* Medenblicum *regni caput, et imperij ſedem agnoſcebat. Regnante autem* Dibbaldo Batavi *qui in exiguam prius* Rheni *inſulam (vulgo* **Betuam** *vacant) à* Friſiis *(ut* Petrus Divæus *ait) contruſi erant, irruptione facta* Dibbaldum *ita oppugnabant, ut dimidiam fere provinciam ei adimerent, qua re & infortunio motus ipſe à patrono ſuo* Richoldo Friſiæ Orientalis rege *ſubſidiū petiit, & impetravit.* Richoldus *enim qui tum forte* Dockenburgi *erat accepto nuncio, & re comperta, cum valida ſubditorum ſuorum manu* Flevum *traiecit, & præſens clienti magno ſtatim animo & victoria ſuccurrit, ita ut non ſolum* Dibbaldus *amiſſa recuperaverit, ſed &* Batavis *profligatis & in inſulam* Betuam *reiectis, complures eorum munitiones, quas adhuc forte in finibus regni* Friſici *habebant, occupaverit:* Friſia *enim totus ille poſtea tractus, qui nunc* Hollandia *dicitur, uſque ad tempora* Diderici *quinti appellata fuit, qui primus (ut* Heda *&* Douſa *notant)* Hollandiæ *ſe Comitem ſcripſiſſe legitur.*



LEMVS SEV 2 GUILHELMVS
REX FRISIÆ OCCIDENTALIS
SECVNDVS.

LEMVS II.

Andr. Cornel. ex Occo-Scharlenſe lib. I.

LEmus ut aſcendit ſolium Regale parentis,
Præſignem Friſicis erexit finibus arcem:
Quæ nunc, authoris retinens Harlemia nomen,
Vrbs fruitur partis Damiatæ fortiter armis.
Ethnicus hic adeo placide regnavit, ut eius
Tempore Virginibus pia ſint Conclavia ſacris
Structa Nubexwoudæ, Blocdici, Winckeliæque,
Nec non Adwardi: ter centum circiter annos,
Ante Werenfridi fundatam flaminis aulam;
Atque Egmondani ſacra oratoria cætus.

Præclara ad *Damiatam* Inſignia Vrbs hæc virtute ſua meruit.
Chr. *Holl*, Diviſ. 13. c. 12.

Chr. *Holl.* Diviſ. 2. c. 31.

Aula *VVerenfridi* inter *Enchuſam* & *Medenblicū* vulgo Werwartſhoff.

F*Ilium hunc* Dibbaldi *regis ſcriptores quidam ante patrem mortuum, & ad imperium non perveniſſe referunt, nonnulli vero inter reges* Friſiæ Occidentalis *ponunt, ac numerant, omnes autem in hoc conveniunt* Harlemum *inclytam urbem nominis ſui auſpicium ab eo traxiſſe, quæ primum cōdita,* Heerlems Stadt *id eſt domini* Lemi *civitas, & poſtea* Haerlem *vulgo dicta eſt, huius urbis cives una cum* Friſiis *in bello ſacro ad Peluſium ſeu Damiatam urbem in AEgypto à Chriſtianis geſto, æternam ſibi laudem pepererunt: cum enim obſidio urbis in longum protraheretur, ob portum inter duas turres catena tranſverſa munitum;* Harlemenſes *qui, in ea expeditione militabant, una atque altera* Holcade, *quarum carinas ac proras ſerra in crenatos dentes (ut* Iunii *verbis utar) limata obmunierant, vento portum ſecundo ac opportuno invadunt, diffractaque catena ferrea interiorem in portus ſinum penetrant, nec minori laude* Friſii *turrim validiſsimam ad ripam fluminis* Nili *Damiatam præterlabentis, expugnārunt, Coggones enim duas quibus vecti fuerant compingētes, et quaſi unam navim reddentes, pinus quatuor craſsiſsimas in ea ſtatuerunt, in quarum ſummitate caſtellum ligneum exſtruentes, & turri admoventes* Saracenos *ex ea incredibili audacia ac fortitudine expulerunt, & ſic aditu ad urbem patefacto, Chriſtianis rei bene gerendæ occaſionem aperverunt.*



Ridſardus Elinus ſeu Aurindulius

REX FRISIÆ OCCIDENTALIS
VLTIMVS.

RIDSARDVS ELINVS SEV AVRINDVLIVS.

Occiduæ Regum Friſiæ poſtremus Elinus,
Regis habere Midæ, ſed falſo, eſt creditus aures:
Arcem Nortuicæ, Vorburgi condidit arcem;
Et dignos genuit multos diademate natos:
Caſtra duo, quorum Neomagi, ſcribitur, atque
Sub Leida, extremus, ſtruxiſſe celebria, Falco.
At morte hoc, cineres, quoque præveniente, paternos;
Filium, adoptavit, Beroaldum Regis Eoi,
Rex hic in heredem: ducta qui poſtea nata
Ipſius, Friſiæ regnum poſſedit utrunque.

Chro. *Holland.* Diviſ. 2. cap. 27.

Cornel. Kempius lib. 2. cap. 21.

And. Corn. ex *Scharl.* l. 1. Filiæ Regis mentionem faciunt Chron. *Hollādiæ & Friſiæ* Reginam fuiſſe aſſerunt. Diviſ. 2. cap. 27

HIC *aſininas in morem Midæ aures habere vulgo eſt creditus, uxorem habuit Grandiuſculam è* Sclavorum *gente, quam ex Cygantibus* Britannia *olim expulſis oriundam ſcribunt, filios complures ex ea genuit, quorum ſolius* Falconis *nomen cognitum, qui cum arcem* Falkenburgum *prope* Leidam, *&* Falkenhoviam *in urbe* Neomago (*ut* Cornelius Kempius *refert*) *condidiſſet, ante patrem obiit: Sed & rex ipſe duo erexiſſe caſtra ſcribitur, quorum alterum prope* Nortuicum *in territorio familiæ* Douſanæ, *alterū* Vorburgi *in loco quodam æditiore extitit, quem adhuc vulgo montem regis* Aurendulii *appellant, caſtrum hoc longe munitiſſimum amplitudine ſua decem iugera complexum fuiſſe referunt, fundamenta eius circa annum domini Milleſimum quingenteſimum detecta, omnis generis Deorum gentilium, ac veterum imperatorum ſimulachra exhibuerunt, cum varijs eorum numiſmatibus: utrumque caſtrum à* Danis *et* Normānis, *terras has poſtea devaſtantibus, everſum eſt:* Ritſardus *autem* Falcone *cæteriſque filijs* Orbatus, Richoldi *regis* Friſiæ Orientalis *filium* Odilbaldum *natu maiorem adoptavit, ac eo mortuo iuniorē ei natu* Beroaldum *ſuffecit, qui ducta mox in uxorem unica* Ritſardi *filia* (*quam Chronica* Hollandiæ Friſiæ *reginam vocant*) *utriuſque* Friſiæ *rex adoptione ſimul & ſucceſſione factus eſt.*

CAROLVS MAGNVS *Author Poteſtatum*



LIBERTATIS ET INSIGNIVM
MODERNORVM FRISIÆ DATOR.

CAROLVS MAGNVS.

P*Er geminos*, Carolus, *Præfectos, ſacra propagans*
Chriſti, *ſex rexit, dempta trieteride, luſtris.*
Sed Duce Saxoniæ, Friſonum *virtute, ſubacto;*
Et Roma *pariter domita; Victoribus ultrò*
Reſtituit veteres, celebri Diplomate, faſces:
At belli, & palmæ, velut utriuſque trophæum,
Arma dedit, geminos, *illis, præclara*, Leones;
Bella truces ungues, palmam color indicat auri.
Perpetuo, quin Vrbs, in ſignum fæderis, ipſa,
Tum quoque cum Friſiis *Iovis eſt partita* Volucrem.

Friſia, cũ per duos Præfectos annis 27. recta eſſet, à *Carol. Magno* libertati reſtituta eſt Anno 802. Vide Bullam ad calcem lib. 2. Inſignia *Friſiæ* moderna duo fulvi Leones; ad pugnam expediti. *Friſij* Clypeis ſuis & Inſignib' dimidiatas hinc Aquilas plerunque adjiciunt. *Iun.* in *Batavia* ſua.

V*Icto & fugato* Radbodo *Rege*, Friſiam *hic anno* 775. *in Provinciam* Francorũ *redegit, & per Præfectos duos annis* 27. *magna prudentia & æquitate rexit, fidemq́ʒ* Chriſtianã *à S.* Willebrordo, Bonifacio, *ac ſociis eorũ ibi plantari cœptam, per S.* Ludgerum, Willehadũ, *alioſq́ʒ viros Apoſtolicos ita fecit divulgari, ut* Friſia *quaſi plantarium* Chriſtianę *religionis brevi tempore brevi efficeretur, ex ea enim per omnẽ ferè* Saxoniã Veſtphaliamque *doctores primũ miſſi &* Epiſcopi *conſtituti ſunt. Sed et* Carolus *quoque diverſis in bellis* Friſiorum *auxilio utens, fidem et virtutẽ eorum expertus eſt, præcipuè autem in illo quod contra* Saxones *anno* 779. *apud* Bucholdum *habuit, in quo hoſtes non ſolum victi & cæſi, ſed* Witekindus *quoque Dux eorum captus ſcribitur, qui* Ludovicus Ludgerus, *ſeu* Leodingerus (*ſynonima enim teſte* Stumptio *hæc ſunt*) *poſt baptiſmum dictus fuit. Victoriam vero hanc virtute* Friſiorum *partam eſſe, idem* Carolus *in* Bulla *ſeu diplomate ipſis poſtea dato, non obſcurè declarat.* Chiſtianum *Ducis huius à* Friſiis *capti et ſibi traditi nomẽ in eo apertè exprimẽs. A* Leone *autẽ* Papa Romæ *in* Imperatorẽ *conſecratus eſt ipſo die* Natalis Domini *ann.* 800. *vel ſequenti, ut* Sigebertus, Aimonius, Regino, Vrſpergenſis, Carion *ac alij notant, &* Bulla Friſiis Romæ *ab eodem* Carolo *anno* 802. *donata indicat,* Paſcali Campuloque *cum advenis quibuſdam*, Papæ *hoſtibus & Imperij contemtoribus ex urbe eiectis. Sed & hoc ipſo anno* 802. Poteſtatum *quoque in* Friſia *dignitas, ut ex Bulla liquet, initium accepit.*

Poteſtates Friſiæ.



S. MAGNVS FORTEMA.

POTESTATVM FRISIÆ
PRIMVS.

S. MAGNVS FORTEMA.

Magnus *ubi ſubigẽs, cũ* Saxone, Fortema, Romã
De Papa meruit, meruit de Cæſare, primus,
Per clarum, fieri Friſiæ, *Diploma, Poteſtas;*
Benthemique *Comes cum Libertate, decora*
Arma reportavit Patriæ, laudemque perennem.
At Latij rurſus, Chriſtique *profectus in hoſtem,*
Lethale accepit Saraceno *à milite vulnus:*
Vnde obiens Fundis, Romæ *eſt humatus, & iſtic*
Aſcriptus Superis: ſacra ut Michaëlis *in Aede*
Marmor, & Hoſpitium teſtatur in urbe vetuſtum.

Friſia, poſt exactos Reges, ſub Regimine *Poteſtatum* fuit annis 696. quod per hunc initium cepit Anno 802. Vide Diploma hoc ad calcẽ lib. 2.

Cęſar *Baron*, hunc Martyrem vocat in *Martyrologio* ſuo, ad diẽ 4. Sept.

Vide Inſcriptionẽ marmoris ad calcem libri 2.

Poſt *Reges* Friſiâ *exactos, cum* Romani *&* Saxones, Leoni Papæ *&* Carolo Magno, *virtute* Friſiorum *ſubiugati eſſent, hic Dux eorum, & ſacri vexilli ſignifer, cum libertate ac Armis (ni fallor)* Friſiæ *modernis,* Poteſtatis *dignitatem anno 802 reportavit, eáque primus ipſe functus eſt, ac* Bullam *ſeu* Diploma *ab* Imperatore, Friſiis *ea de re datum, cum ſacra* Vexillo *(vulgo* Magnus fæne*)* Almeni in *Aede ſacra S.* Michaëlis, *à patre ſuo* Goſtavo *extructa, cuſtodiæ mandavit; ſed & ducta in* Helvetiam Colonia, *ſecundo cum exercitu* Italiã *petiit, ac ibi contra* Saracenos *tam in* Latio *quam* Apulia *&* Calabria *fortiſſimè dimicans, à* Chriſti *tandem hoſtibus in pugna (ut videtur) læſus,* Fundis *in* Campania *obÿt, corpus autem eius à tribus militibus* Friſiis Ilderardo, Leomotho, *&* Hiaro Romam *delatum eſt, & in* Baſilica S[ti]. Michaëlis Archangeli *in* Vaticano *ſepultum, conſtructoque ibi inſigni* Xenodocheo, *annuoque vectigali pro* Friſiis *urbem, pietatis gratia petentibus, aſſignato, ipſe inter Divos relatus eſt; ut præter Martyrologiũ* Baronii, *teſtatur inſigne marmor eadẽ in Baſilica erectũ, cuius inſcriptio ad calcẽ libri 2. exhibetur, una cum* Bulla Caroli Magni, *quam* Furmerius *ex* Archivis Bruxellenſibus *à me ſibi communicatam & donatam libro 6. Annalium exhibet, &* Carolo Craſſo *aſſignat, quod tamen historiæ legeſque* Friſiorũ *antiquæ,* Diploma Guilhelmi Cæſaris, *initiumque & ſeries* Poteſtatum, *atque ipſa* Bullæ *verba neutiquam admittunt, ſed nec antiquiſſima eiuſdem exemplaria, quæ* Romæ, Spiræ, Coloniæ, Arnhemi, *&* Bruxellæ *cum inſcriptione* Caroli magni, *& non* Craſſi *in archivis habentur.*



TACO LVDIGMANNVS.

POTESTATVM FRISIÆ SECVNDVS.

TACO LVDIGMANNVS

TAco Ludigmannus, *pulſis è* Friſide D*a*nis,
Pacifice rexit. primum trans Oſtia Flevi
Cænobium; ſub eo, fundari cæpit, ad amnem,
Doccomii, *ſacro* Bonifacî *ſanguine tinctum:*
Dulcibus, ex ſalſa, lymphis ſalientibus, ora.
Hæreſin expellens Arrî, quin Divus Odulphus,
Condidit, in ſylva, *Monachis habitacula*, Creila.
Danorum *è Regno, cum fratre, eiectus* Ericus,
Tutandum Friſiæ *ſuſcepit littus; & una,*
Cum gente hac, crebro, communem reppulit hoſtem.

S. VVilibaldus in vita ipſius. Vide *Henric. Caniſium* tom. 6.
Cænobium à S. *Odulpho* erectum Anno 838.
And.Corn. lib.2.
Heraldus & Ericus frat. Chriſtiani à *Danis* gentilibus. Regno pulſi ſunt Anno 826. Sigeb. in Chro.

I*Vgo* Danico *quod Rex* Godefridus, *ſeu* Gortricus *anno* 809. *& ſequenti cervicibus* Friſiorũ *manu crudeli impoſuerat, excuſſo, hic in* Poteſtatem *electus, Patriæ ſuæ ſingulari induſtria præfuit, ac contra* Danos *armis eam ſæpius infeſtantes, fortiter defendit, quos non ſolum* Radbodi *Regis apud* Othildam *amitam ſuam* Godefridi *matrem in* Dania *educati eiectio, ſed & odium* Chriſtianæ Religionis, *mirum in modum accendebat; hanc enim poſt mortem* Godefridi, *Rex* Haraldus Moguntiæ *baptizatus, Regno inferre tentaverat, ſed à* Regnero *Ethnicis adhuc ſuperſtitionibus dedito, anno* 826. *victus, & in* Friſiam *cum fratre* Erico *fugatus erat, ubi annuente* Ludovico Pio *ſedem ambo figentes, incolis ad arcendũ communem hoſtem ſtrenuã navabant operam. Hoc tempore* S. Fredericus, Adgilli 2*di primi* Friſiæ *Regis Chriſtiani, ex* Cronovilla *filia nepos*, Epiſcopus Trajectenſis, *Martyrio & ſignis clarus*, S. Odulphum Trajecto *in* Friſiam *miſit, ut hæreſeos* Arrianæ *ibidem repullulantis, inchoatam à ſe extirpationem abſolveret, qui & negotiũ ſibi ab* Epiſcopo *commiſſum, non minus anxiè quam feliciter*, Deo *cooperante, explevit, ac propè* Stavoram *(ubi paſtorem agebat) ſecundum* Friſiæ, *inter* Flevum *&* Lavicam *Cænobium in ſylva* Creila *anno* 838. *condidit, cum primum longè ante* Dockomii *in loco S.* Bonifacii *& SS.* Sociorum *Martyrio ſacro, à* Chriſtianis *erectum eſſet, in quo præter calicem & ſacras veſtes, cranium quoq; ſancti Martyris, cum oſſibus* 40. *Sociorum ad annum uſque* 1580. *honorificè conſervatum, crebris miraculis claruit; reliqui undecim* Trajectum, *ipſe* Fuldam *tranſvectus fuit.*



ADELBRICVS ADELEN.

POTESTATVM FRISIÆ
TERTIVS.

ADELBRICVS ADELEN.

Ex poſteris Cronovillæ Regis Adgilli filiæ. And. Cornel. lib. 2.

R*Egio* Adelbricus Friſiorum *ſanguine cretus,*
Goſtavúm *valido Stipatum milite* Suecum,
Collomii *ſubigens, felici Marte peremit.*
Sicut & Omondum, *ſed non ſine ſanguine,* Gothum
Iollo, Gronengenſi, *paulo ante* Hardmānus, *in agro*
Trux tamen, Hungero, Normannus, *præſule palſo,*
Trajectum *atroci bello ſubiecit, & urbes*
Vndique confines, vi deprædatus, agroſque eſt.
Prima huc Sarmaticas *quæ vexit* Stauria *merces,*
Floruit obductis hoc tempore poſtibus auro.

Trajectum *Normanni* occuparunt Anno 856. *Molanus, Heda, Becanus.*

And. Cornel. lib. 2. *Gerard. Noviomagus* in Itinerario.

GOſtavum Lapponem Suecorum *ſeu* Gothorum *Ducem, inſigni ſtrage anno* 830. *propè* Collomium *vicit; & biennio poſt* Hajo Camga *primum argenteum calicem* Almeni *in* Baſilica *S.* Michaëlis Archangeli *dedit, eo quod* Bullā *ſeu privilegia* Friſiis *à* Carolo Magno *donata, ac ibi à* Magno Fortemanno *avo uxoris ſuæ depoſita, ædituorum venia deſcripſiſſet. Anno autē proximo S.* Anſcharius Wardenæ *in* Friſia *natus* (*licet eum aliqui* Francum *faciant*) *à* Drogone Metenſi Epiſcopo, *conſenſu* Gregorii Quarti *&* Ludovici Pii *in Archiepiſcopum Hamburgenſem inunctus eſt, cum* Iuthas, Danos, Suedos, *& totam Septentrionalē plagam ex* Cœnobio *ſuo* Corbeienſi, *magno iam religionis* Chriſtianæ *fructu & incremento peragraſſet, & complures ibidem Apoſtolica prædicatione ad* Chriſtum *converſos ſacro abluiſſet fonte. Poſtea vero* Hamburgo *à* Danis *occupato, ſedem* Archiepiſcopalem Bremam *tranſtulit, cognatumq́; ſuum S.* Rembertū *tam in* Apoſtolatu *per Regna Septentrionalia, quam* Archiepiſcopatu *ſucceſſorem habuit: uterque vitæ ſanctimonia & miraculorum virtute clarus extitit. Vrbs* Stavora Emporiū Friſiæ, *circa hæc tempora merces Septentrionales terris hiſce Auſtralibus prima per* Sondam *invexit, privilegiumq́; (quo adhuc fruitur) vectigaliū in* Danico *telonio ante omnes civitates ſolvendorū adepta eſt; tantiſque floruit opibus, ut etiam poſtes auro cælaſſe memoretur, ſed ob faſtum viduæ triticum in portum eius exonerare mandantis, fortuna excidit, tritico in cumulum arenoſum divinitus converſo, quē adhuc hodiè* Vrouwen Sandt *appellant.*



HESSELVS HERMANA.

POTESTATVM FRISIÆ
QVARTVS.

HESSELVS HERMANA.

HEſſelus, Manni *felix*, Hermana, *propago*,
Tam paci genitus, quam Martis idoneus armis;
Normannos *patriæ vaſtantes littora, pugna*
Vicit, & accepto decoravit vulnere palmam.
Quin Dani *ſpoliis redeuntes poſtea* Francis,
Nordana *ingenti cecidere ad littora ſtrage.*
Sub Foſtæ *veterem*, Dinaſta Amlandicus, *ædem*
Haio, *ſacris, poſuit*, Foſvardica *tecta, miniſtris:*
Hæc ſed in Aeſtrachiam Froneburgi *tranſtulit uxor*
Anna; *viam ſtrârat* Comitiſſæ *ut forte, paluſtrem.*

Ex *Manno Friſonis* pronepote. *Suff. Sterckenburg.* in Genealogiis. *Normannos* pugna vicit Anno 869.
Bavo Corbienſis ſcribit cæſos eſſe 10400.
Cœnobiũ in *Amlandia* conditum An. 866. *And Cornel.* lib. 2.
Cænob. in *Ooſtergoam* tranſtulit. *Anna Cammenga*, Neptis *Haronis*, & uxor *Fronebur.* Com Anno 1109. avulg. de Grachemewech.

P*Aci iuxta ac bello aptus*, Normannos Rodolpho *Duce* Friſiam *invadentes, anno 869, vel quadriennio poſt (ut quidam volunt) accepto vulnere proſtravit, & pugna memorabili vicit, octingentis eorũ, cum ipſo Duce interfectis, reliquos autem reditu ad naves excluſos, omniq́; commeatu prohibitos, ad turpẽ deditionẽ coëgit, ac ingenti pecuniæ vi, quam in* Galliis *corraſerant, mulctatos demiſit, præſtito ſolenni prius iuramẽto, ſe nunquã in* Friſiam *redituros, vel terras* Ludovico *Regi ſubiectas; quod tamen negligentes* Friſiam *non ſolum pari rurſum fortuna, triennio poſt infeſtârunt, ſed* Ludovico Rege *mortuo, cum ſe iuramento ſolutos eſſe iudicarent, in* Iuthiam *quoque &* Saxoniam *irruentes, tam fæda & immani vaſtatione omnia complebant, ut in exitium religionis* Chriſtianæ *arma induiſſe viderentur, cæſiſque* Epiſcopis *tribus cum* Brunone Saxonum *Duce, & Comitibus duodecim*, Friſiæ *quoque partem depopulati ſunt, ac inde præda ſpoliiſque* Chriſtianorum *onuſti in patriam redierunt, nec diu quieſcentes iterum* Franciam, Belgiumque *infeſto agmine peragrantes, magnis ubiq́; cladibus affecerunt, captoque & exciſo* Traiecto, *tanquam immanes beſtiæ in reliquam* Friſiam *ingreſſi, ferro flammaque omnia devaſtârunt; tranſmiſſo vero* Amaſo à Friſiis, *auxilio* Dei, *et S.* Remberti Archiepiſcopi Bremenſis *conterranei ſui precibus (qui tum fortè aderat) confiſis, ita excepti ſunt, ut decies mille & quadringenti ex iis cæſi, & reliqui ferè omnes aquis ſuffocati ſint, relictâ victoribus inæſtimabili prædâ.*



IGO GALEMA.

POTESTATVM FRISIÆ
QVINTVS.

IGO GALEMA.

IGo *perantiquæ* Galemanæ *gloria gentis,*
Sacra Poteſtatis quo munia promptus obiret,
Sedulo luſtravit portus; monuitque caverent
Vt ſibi de Borea cunctorum ſede malorum.
Hoc tamen extincto; Friſiam, *Rex* Danicus, *armis*
Oppreſſam, tenuit Godefridus, *munere* Craſſi
Cæſaris; & modico (caſus mox) tempore rexit:
Dongriaciſque *eius, periit ſucceſſor, in agris.*
Occiduam Batavus Friſiam *quin cæpit, & anno*
Plus minus obtinuit, belloque eſt rurſus abactus.

Hic ad *Eſonſtadienſes* dixiſſe ſcribitur. Wacht iemmen van da Norder Oord: Wupt da grima Herne compt alle quæd foord. *And. Corn.* lib. 2. *Danis* hic, *Friſiam* armis oppreſſam, cum nepte Cæſaris in dotem accepit: ſed anno Regiminis ſecundo, *Chriſti* vero 886. interfectus eſt. *Sig.* in Chron. *Sibrand. Leo* in Collect.

POrtus Friſiæ *luſtravit, & adverſus* Normannorum *aliorumque hoſtium incurſus vigilanter defendi iuſſit.* Godefridus *tamen* Norvegię *Rex eo mortuo,* Friſiam *armis oppreſſam,* à Carolo Craſſo *Anno (ut hiſtoriæ habent) 884. cum nepte ipſius* Giſla *in dotem accepit, poſtquam ſacris* Chriſtianorum *initiatus eſſet; biennio autem poſt, cum plura adhuc à* Cæſare *poſceret, ab* Henrico Brabantiæ *Duce (cum eo de poſtulatis nomine Cæſaris conferente) inſidiis exceptus, & in* Batavia *occiſus eſt: qua nece* Normanni *ita irritati ſunt, ut Duce* Sigefrido *in* Brabantiam Franciamque *irruentes, occupato* Lovanio *& præſidio firmato,* Lutetiã *quoque obſidione premerent, quam nec ipſe* Cæſar, *niſi conceſſo illis Anno 888. in ſedem* Neuſtria *(poſt* Normannia *dicta) ſolvere potuit,* Pariſienſibus *magno auri pondere direptionem hoſtilem redimentibus.* Sigefridus *vero cum parte exercitus in* Friſiam *rediens, ab* Vthone *quodam* Friſio *de nocte ad colloquium admiſſo, lapiae circa tempora percuſſus, ac in tentorio ſuo Anno 890. necatus eſt: ita ut libertas* Friſiorum à Carolo Craſſo, Normannis Friſiam *concedente, magis luxata quam donata videatur, præſertim cum ſub eo, nec aliquot annis poſt, eum* Friſia Poteſtatẽ *habuiſſe legatur,* Normannis *aſſiduo eam bello infeſtantibus.* Didericus *quoque Secundus* Hollandiæ *Comes paulo poſt* Friſiam Occidentalem *armis ſubegit, ſed anno vix elapſo* Alcmaria Haerlemoque *per vim captis, ac* Egmondenſi Cœnobio *ſpoliato,* à Friſiis *rurſum eiectus &* Leidam *uſque fugatus eſt.*

GOSSO



GOSSO LVDIGMANNVS

POTESTATVM FRISIÆ

SEXTVS.

GOSSO LVDIGMANNVS.

GOſſo Ludigmannus, *comi virtute, Poteſtas*
Præditus, hoſpitio natum, de more, Syfridum
Extorrem Hollandi *Comitis ſuſcepit honeſte;*
Filiolamque illi Tettam *dedit: unde propago*
Et Teylengana, *&* Brederodia *nobilis orta eſt.*
At Comes Arnulphus Friſiam *vi ſubdere tentans*
Occiduam, cecidit Batava *cum gente peremptus.*
Nec potuit totis vindictam viribus eius
Filius, auxilio Lotharingi, *ſumere mortis:*
Nimirum hic pugna captus fuit, ille fugatus.

Vorperus Thaborita lib. 3.

Nuptiæ celebratæ ſunt, An. 989. Chr. *Holl. Vorp.* & alii. Vide Genealogias *Heuteri*,

Arnulphus Comes cæſus eſt, Anno 993.

Becanus, Douſa & alii. Pugna hæc commiſſa eſt, Anno 1018.

C*VM* Friſii *diu multumque à* Normannis *vexati eſſent, ac* Rollo *Dux eorum (à quo bis pugna victi, & magna pecuniæ vi mulctati erant) iam* Normanniæ *Dux factus, in* Franciam *anno 920. conceſſiſſet, ipſi privilegiorum et priſcæ libertatis memores, hunc, quaſi poſt liminio, rurſum iuxta* Bullam Caroli Magni *in* Poteſtatem *elegerunt, virum ut nobilitate generis, ſic & prudentia comitateque animi conſpicuum.* Suffridus Arnulphi Hollandiæ *Comitis filius, patrē offenſam fugiens, hoſpitio ab eo benignè ſuſceptus eſt, & in generum adſcitus,* Tetta *filia ei in uxorem data; qui poſtea patri reconciliatus, illuſtriſſimas* Brederodiorum, Teilingiorumq; *familias ex ea procreavit: parens vero eius* Arnulphus Ottonis Tertii *ſobrini ſui amicitia fretus,* Friſiam Occidentalem *armis rurſum invaſit, ſed eventu quoque minus proſpero: ab incolis enim libertatem ſuam tuentibus ipſe Anno 993. victus, cum flore Nobilitatis ſuæ* Winkelio *in pago occubuit, necemque filius eius* Didericus Tertius, *auxilius Ducis* Lotharingię *anno 1018 ulciſci infeliciter tentavit; Dux enim à* Friſiis *cæſus, & ipſe in fugam verſus eſt. Circa hæc tempora* Friſii *quidam Nobiles, (ut ait* Grantzius *in* Norvagia) *ex* Viſurgi *ſolventes, & novas verſus* Septentrionē *terras quærentes,* Iſlandiâ *multum à tergo relictâ, & navibus aliquot ab horribili voragine abſorptis, in altam quandam* Inſulam, *ſub* Mexicana *(ut videtur)* America *appulerunt, ac poſt diverſas moleſtias, & periculoſa cum hominibus moloſſiſque habita certamina, primi inde aurum & argentum in has terras advexerunt.*



SACO REINALDA.

POTESTATVM FRISIÆ
SEPTIMVS.

SACO REINALDA.

SAco *regens patriam magna* Reinalda *quiete*,
More ſui generis, cudit Regale numiſma.
Crebra ſub hoc Sanctam petijt gens Friſica *Terram.*
Tam foris excellens armorum laude ſacrorum,
Quam pietate domi: Templa, & conclavia ſacra,
Condita ſunt paſſim: muriſq; eſt cincta Groninga.
Henricus Friſiam *vix intrans* Craſſus *Eoam*
Fuſus Saxonicæ *perijt cum flore Iuventæ.*
Quod Pronepos cuperet dum poſt ulciſcier, ipſe
Dux Leo, *fortunam, fugiens, prope ſenſit eandem.*

Andr. Cornelius ex Vlieterpio.
Codex legum *Friſicarum.*

Vide Epiſt. *Honorii PP.* 3. *Frider* 2. Cæſ. & *Ioan.* Patriarchæ *Hieroſolimitani*, ad Calcem lib. 2.
Grenenga muro circundata Anno, 1110.
Henr. Dux cæſus eſt, 1106.
Alb. Crantz. Sax. lib. 5. & 6.

VIR *probus, pacificus, & primariæ nobilitatis;* Reinaldani *enim, ſicut* Cammengani *quoque, &* Ziaardani, *numiſmata cudebant aurea, quorum ſingula* Iulius Dekema, Poteſtatum Friſiæ *ultimus,* Ottoni Langio, Maximiliani Cæſaris *Legato anno 1494. obtuliſſe & donaſſe legitur.* Poteſtas *autem hic, cum dignitatem, quam maioribus annuam fuiſſe dicebat, magna animi humilitate, & patriæ libertatis Zelo, bis reſignaſſet, inſigni cum honore anno 1167 obijt: circa quæ tempora multi illuſtres* Friſii *æternam ſibi, poſteriſq; laudem in* Terra Sancta, Ægypto, Mauritania, *&* Hiſpania *contra infideles pepererunt, quorum nonnulli etiam ſanguinem & vitam in obſequium Crucis profuderunt:* Eilco *enim* Liauckema, *&* Fecco Botnya, *in expugnatione urbis* Hieroſolymæ *ambo vulnerati ſunt:* Igo Galema *ad* Cæſaream *læſus, ex vulnere obijt,* Wpco Hermana *mancus factus eſt,* Thiepco Fortema, Sicco Liauckema, *&* Ego Hardmannus *ad* Nicæam *occubuerunt,* Sixtus Cammenga, *&* Watzo Ockinga, *cum* Balduino *ſecundo captivi in* Parthiam *abducti ſunt.* Watzone Herema, *&* Hommone Hommema *in pugna cæſis, ac* Heſſelo Hermana *cum* Goffone Roorda *graviter vulneratus;* Egbertus *autem Marchio* Saxonicus Ooſtergoam *&* Weſtergoam *anno 1086. armis ſubegit, ſed non diu tenuit, eoque expulſo,* Henricus Craſſus Saxoniæ *Dux* Friſiam *invadens propè* Nordam *Anno 1106. cæſus eſt, necemque* Henricus Leo *pronepos eius vindicare infeliciter poſtea tentavit.*



REGNERVS CAMMENGA.

POTESTATVM FRISIÆ
OCTAVVS.

REGNERVS CAMMENGA.

Regnerus Friſonum *Ductor* Cammenga *ſuorum*
Lethali accepto prædones vulnere Danos
Reppulit, & quinta deceſſit luce triumphi.
Quin Batavus Friſiam *tentans ſubſternere Cæſar*
Concidit: Occiduam Natus domuere, Nepoſque.
Nec Rex Strantfriſios *vexavit* Danus *inultos*
Abel, *conſimili periens paulo antea fato.*
Saxonicus *quandam tamen olim Marchiæ partem*
Rexit; & Hollandi *Comitis Fraterque Nepoſque:*
Sed pulſi à rigidis ſunt Libertatis Alumnis.

And. Corn. ex Vlieterp. lib. 3.

Guilhelmus Cæſar cæſus eſt, An. 1255. *Ioan Becan. Adr. Barlandus.*
Abel Rex *Daniæ* cæſus eſt An. 1252. *Mart. Polon.*

Egbertus Ex ſanguine *Henr. Aucupis.*
Guil. & Florent. Arcem ſuam habebant *Ooſterſeæ*

L*ite inter fratres* Didericum, & Guilhelmum *de Comitatu* Hollandiæ *compoſita,* Guilhelmus *in* Friſiam *venit*, & *caſtro* Ooſterzeæ *erecto, incolis (quorum auxilio contra fratrem uſus fuerat) cum* Florentio *filio ſuo annis aliquot præfuit; ſed & nepos eius* Guilhelmus Secundus *in* Cæſarem *electus, cum* Aquiſgranenſes *male ſibi parentes, anno 1248. obſidione premeret,* Friſios *in auxilium vocavit, eorumque ope & virtute civitatem non modo in maximas redegit anguſtias, ſed & ſuburbia vi occupavit, in quorum expugnatione* Menoldus Onſta *ductor exercitus, & ſupremus* Friſiorum Vexillifer, *caſus occubuit, cuius nece* Friſij *irritati, in mœnia quoque urbis tanta vi impetum fecerunt, ut cives defenſionem deſperantes,* Cæſari *urbem dediderint, qui ferrea* Caroli Magni *corona ibidem redimitus,* & Imperator *declaratus, mox* Friſios *cum gratiarū actione, & inſigni Diplomate dimiſit, in quo expreſſè teſtatur ſe libertatē et privilegia* Friſijs à Carolo Magno *olim data, ob ſervitium ſibi iſtic præſtitum innovare & confirmare:* Abele a. Danorum *Rege anno 1252.* à Strantfriſijs *interempto,* Cæſar *hic reliquos bello tentavit, ſed quorum ope* Aquiſgranum *ſubdiderat, eorum armis* Hoochwoudæ *anno 1255. occubuit; filius tamen eius* Florentius, & *nepos* Ioannes, Occidentalem *deinde* Friſiam *bello, actu, & tranſactione magna ex parte ſubegerunt. Ipſe vero* Cammenga Normannos *anno 1306. patriam devaſtantes, inſigni prælio vicit, & die quinto ex vulnere in pugna accepto cum gloria obijt, magno ſui apud omnes deſiderio relicto.*

 I.H.MAR-



I. H. MARTENA.

POTESTATVM FRISIÆ
NONVS.

I. H. MARTENA.

MArtena, *nil cuius, notulæ niſi, nominis, extant;*
Pacis amans, patriæ iuſtis non defuit armis,
Namque eſſet Batavis *cum* Gæſterlandia *præda,*
Ipſe adijt Stavoram, *cives protexit, & hoſtem*
Vindicibus ſpolians Enchuſam, *reppulit, armis.*
Poſt hunc [a] *Iudicibus, ſed & antea (ni lateant nos*
Forte Poteſtatum quorundam nomina) ſolis,
Recta diu Friſia *eſt. Comitem ſtravere* Guilhelmum
Sub Stavora, *octodecim* Batavûm *cum millibus, iſti;*
Chriſtiparæ *Feſtum* Mariæ *ſolenne voventes.*

Videtur hic vulgo dictus fuiſſe. Joncker Heſſel *Martena:* nã Scriptores eũ aliqui Heſſelum vocant. *Guilhelmus* 3. repulſus eſt, Anno 1309.
a Annuatim hi eligebantur *Bart. Anglicus. Chaßaneus.*

Guil. 4. cæſus Ann. 1345. die Sept. 26. *Meier* lib. 12. Dies hic, D. Vir. in *Friſiæ* ex voto ſacer fuit. *Vorp.* lib. 3. *And. Corn.* lib. 11.

CVm Friſia Occidentalis (Veronâ *metropoli eius captá & everſá*) à Ioanne *Comite* Hollandiæ *anno 1303. penitus ſubiugata eſſet*, Guilhelmus Tertius Orientalem *tranſmiſſo* Flevo *anno 1309 militari manu invaſit, ſed ab hoc*, Poteſtatis *munere feliciter fungente repreſſus, & cũ dedecore in* Hollandiam *recurrere coactus fuit*; Friſij *a. permiſſu* Poteſtatis *eum inſequentes* Enchuſam *nondũ munitam, & loca quadam vicina ferro & igne devaſtarunt. Mortuo vero ſtrenuo hoc & pacifico viro anno 1312. cum Proceres ob inteſtinas factiones in electione convenire non poterant*, Friſia *aliquo tempore ſine* Poteſtate *fuit, ac à* Iudicibus *(ut vocabãt) recta & gubernata fuit, ſub quorũ regimine*, Guilhelmus Quartus Hollandiæ *Comes, ingenti rurſus exercitu* Friſiam *invadens, memorabili propè* Stavoram *prælio anno 1345. victus occubuit, in profeſto* Coſmæ & Damiani *Martyrum, qui dies apud* Friſios D[æ]. Virgini *(cuius ope & precibus ſe victoria potitos credebant) ad hæc uſque tempora ex voto ſacer fuit. Scribuntur in hac pugna tam gladio cæſa, quam undis & cæno merſa, circiter octodecim pugnatorum millia; & inter hos, Comites, Barones, & primariæ nobilitatis ducenti & quadraginta viri. Comes autem* Guilhelmus *in cænobio* Floridi Campi *propè* Bolſvardiam, *à* Friſijs *honorificè ſepultus eſt, ac poſtea inde in* Hollandiam *tranſuectus: annus autem & dies pugnæ, antiquo hoc numerali carmine deſignantur.* NoX CoſMæ HoLLandos LVXIt, qVos FrIsIa FLIXit; *nam ad veſperam uſque pugnatum eſt.*



IVO IVVINGA.

POTESTATVM FRISIÆ
DECIMVS.

IVO IVVINGA.

IVo, Iuvinganæ, Soboles clariſſima ſtirpis,
Pruſſorum & Thracũ cinctus,quũ,tempora,lauro,
Forte domum celebri rediſſet laude; procaces
In Batavos, Friſonum Dux eſt electus, & arma,
Vimque Poteſtatis, titulo tardante, recepit.
Sed patriam multis, intranti, millibus, hoſti,
Protinus occurrens, ad Zongram, fortiter, amnem,
Pugnando, infauſtâ eſt Friſiorum clade peremptus:
Quos Comes Albertus,Creilam prope, denuo cædens,
Gerconium ad pontem devictos uſque ſubegit.

Hunc Mejerus Annal, lib. 2. inſigni ornat elogio, & Iuonem vocat: Friſii vulgo Iwwonem.

Poteſtatis Titulum, morte præventus, non accepit.

Prope Schoterſyl: ad Zongram ſeu Cuneram A. 1396. And. Corn. lib. 13. Vulgo Gerkeſbrugge

CAEſo Guilhelmo Quarto Hollandiæ Comite, Margareta ſoror Leius & hæres, bona omnia Friſiorũ in Hollandia confiſcari [iu]ſsit, ac inter ea quoque Marcam, ac Texelam Inſulas: hac ex Ludovico Bavaro Imperatore, duos habuit filios Guilhelmum & Albertum, quorum poſterior matri fratriq; in Comitatu ſuccedens, cum in ultionem necis avunculi, conſcriptis ubique copiis, ſe ad bellũ præpararet, hic Iuvinga ex Pruſſico et Thracico bello redux, ab Ordinibus & Iudicibus Friſiæ, in belli ducem electus eſt, ſed morte repentina præventus, titulum dignitatemque Poteſtatis plenè non accepit. Albertus enim Comes, cum centũ & octoginta millibus pugnatorũ (ut hiſtoria referunt) tranſmiſſo ſtatim mari Auſtrino, ad Cuneram appulit, Friſioſq; ſibi propè Schoterſylam occurrẽtes, anno 1396. ipſo Decollationis S. Ioannis die pugnâ vicit, in qua & ipſe Iuvinga fortiſſimè dimicans occubuit. Comes autem licet victoria potitus eſſet, virtute tamen Friſiorum & alacritate pugnandi territus, longius progredi auſus non fuit, ſed domum reverſus, cum intelligeret factiones Vetcoperorum & Schiringorum, infeſtis armis concurrere, & mutuis ſe vulneribus conficere, b[i]enn[i]o poſt rurſus in Friſiã traiecit, ac apud Tacoſylam deſcenſu prohibitus, propè Stavoram appulit, ibique cum Friſiis diu ancipiti prælio decertans, tandem victor evaſit, et Stavorã confeſtim obſidens, ad deditionẽ compulit, totamq; Friſiam ad Lavicam uſq; flumen, vi & tranſactione in poteſtatem ſuam redegit, & præſidijs ubique firmavit, ſed non diu in ea dominatus eſt.

M SIXTVS



GALO HANIA. SIXTVS DEKEMA. ODO BOTNIA.

POTESTATVM FRISIÆ
XI, XII, & XIII.

SIXTVS DEKEMA, GALO HANYA, ET ODO BOTNYA.

And.Cornel. lib. 3. &. 4.

Qvos prius Heroas fera Factio viderat hoſtes,
Iunxit amor patriæ. Duce namq; Iuone Iuvinga
Cæſo, hanc Hollandus Lavicam *Comes uſq; ſubactam*
Albertus Bavarus *male cum vexaret; avitæ*
Præ reliquis memores hi Libertatis, iniquum
Excuſſere iugum, Batava, *vi, gente fugata.*
Pro quibus officiis omnes ſunt ordine, magna
Laude, Poteſtates electi: Dekema *primum,*
Hanya *poſt illum; mox* Botnya: *ſcilicet alter*
Pronus in alterius, proprium ſpernebat honorem.

Comes *Hollandiæ; Friſia* omni *Transflevana* rurſum ejectus eſt, exceptis. *Stauria* & *Lemmaria*, Anno 1399. *Vorper.* lib. 4.

Tres hi ſtrenui et primariæ Nobilitatis viri, licet diverſæ eſſent factionis, & ante biennium in pugna propè Marſum *inter* Schyringos Vetcoperoſque *commiſſa, ſe mutuis adhuc confeciſſent vulneribus, horum* Botnya *cum* Iaclone Iepma, *illorũ* Dekema *&* Hanya *primipilis exiſtentibus; patriæ tamen oppreſſionem, &* Hollandorum *inſolentiam non ferentes, ſe iuxta conſuetum* Friſiis *morem, contra externum hoſtem ſtabili amicitia coniunxerunt, percuſſoq; cum* Groninganis *ac* Tranſamaſanis *fœdere, quanta potuerunt celeritate, arma corripuerunt, ac* Dockomium *oppidum præſidio* Hollandorum *munitum, alacri ſtatim animo obſidentes, capta arce* Cammengana, *ad deditionẽ compulerunt, præſidio incolumi dimiſſo; ac inde ad oppugnandum* Lunenſe caſtellum *prope oſtium* Lavicæ *annis ſitum ſe contulerunt, quod licet valdè munitum eſſet & magno præſidio firmatum, indefeſſa tamen & continua oppugnatione in iſtas redactum eſt anguſtias, ut deſperatis ex* Hollandia *ſuppetijs, mox etiam à præſidiarijs ſit deditum; nec minori ſtatim diligentia ad* Stavoram *obſidendam progreſſi ſunt, ſed auxilio ab* Alberto Comite *ad defenſionem civitatis,* Egmondano *&* Bredenrodio *ductoribus tranſmiſſo, obſidionem ſoluere coacti ſunt, ac in* Caſtellum Molcoveranum *ſe recipere: reliqua autem* Friſia, *excepta* Lemmaria, *ab heroibus hiſce tribus libertati priſtinæ reſtituta eſt; ipſi vero omnes ex ordine in* Poteſtates *electi ſunt: alter enim in alterum ut digniorem (raro quidem exemplo, ſed perenni gloria) oblatum titulum honoremque reiicere ſatagebat.*



SVFFRIDꝰ WIAERDA. HARINGꝰ HARINXMA.

POTESTATVM FRISIÆ

XIIII & XV.

SVFFRIDVS WIARDA,
ET HARENGVS HARENXMA.

Clarus Harenxma, *pari, clarus, virtute* Wiarda,
Relliquias Batavûm, Stavorâ, *pepulere receptâ,*
Arceq́; Lemmarica: Didericus *ubi* Hamkema *portũ*
Poſtea defendit duro, Theodardus, *ab hoſte,*
Aylva *purgavit, ſed Strategemate,* Maccum.
Keno, *urbẽ,* Hiſconi, Brucmerius *abſtulit,* Emdam:
Ipſius Occonem, *vicit* Focco Vckena, *natum:*
Vcconemque *huius,* Comes *iſta primus in ora,*
Felici, Vlricus *ſuperavit* Sircſena, *pugna:*
Filiolam cæſi ducens pro Coniuge Thedam.

And. Corn. lib. 4. *Verper.* lib. 4. *Dideric.* abavus noſter. Familiæ meminit. *Suff.* de Scrip. Dec. 17. cap. 1. & *Sibr. Leo* in Vitis *Abbat. Lidlumenſium.* Miſſis literis ſigillo aliunde abraſo munitis, hoſtem *Aylva* fefellit, & fortalitio ſuo excedere perſuaſit *Andr. Cornel.* lib. 4. & 5.

CVM duo hi proceres communi ordinum ſuffragio in Poteſtates *electi eſſent, ad excutiendas ſtatim iugi* Hollandici *reliquias, omnem applicuerunt induſtriam: pace namque in* Friſia *conſtitutâ,* Stavoram *urbem Anno 1414. copijs undique collectis, de nocte aggreſſi ſunt, & male à præſidiarijs defenſam occuparũt: nec multo poſt* Lemmaria *à* Diderico Hamkema *abavo noſtro, viciniſque* Lemſterlandis *pari quoque modo capta et in poteſtatem* Friſiorum *redacta eſt, libertaſq́; inhiſce tandem partibus integrè reſtituta; quam non ſolum* Sigiſmundus Cæſar *anno 1417. inſigni Diplomate confirmavit, ſed &* Fredericus *quoq́;* Tertius *anno 1447. quo tempore factiones* Vetcoperorum *&* Schyringorum *in mutua paſsim damna, et cædes crudeliſsimè ſæviebant, licet ſæpius concordia inter factioſos inita, & pacis conditiones conſtitutæ promulgatæque eſſent; cæperant n. ſpe prædæ quidam paulatim ſe immiſcere, qui nec ipſi læſi erant, nec læſos attingebant, ſed ut legibus oppreſsis, factionis titulo, hoſti auferre poſſent quod vellent, ita ut furtis, rapinis, latrocinijs omnia ſacra prophanaq; miſcerentur, et* Friſia *magis ſub Anarchia, quam Ariſtocratia eſſe videretur. Trans* Amaſum *vero poſt multas inter Magnates de primatu contentiones & certamina,* Vlricus *tandem* Sircſena, *ex primaria Nobilitate vir, potens ac ſtrenuus,* Friſiam Orientalem *à* Frederico Tertio *in feudum* Imperii *accepit,* Comeſque *Anno 1464. ibidem ſolenni more inauguratus eſt, atque ita magno incolarum commodo lis omnis paulatim ſopita, & factiones ſublatæ ſunt.*



IVLIVS DEKEMA

POTESTATVM FRISIÆ
VLTIMVS.

IVLIVS DEKEMA.

IVlius *auricomæ ſectator* Dekema *pacis*
Friſiæ *ab* Ordinibus *iuxta diploma vetuſtum;*
Cæſaris, *eſt lectus*, Legato *hortante*, Poteſtas.
At male nonnullis, affinum nomine, gratus,
Haud inteſtinum potuit componere bellum:
Vnde Gronenga *ferè, vel vi, vel fœdere, totam*
Subiecit Friſiam: *ſed*, Franekera *inclyta, claris*
Fulta Ziaardanis, Hottenganiſque *ſeveris*,
Nobilibuſque alijs, opulentæ reſtitit urbi:
Tormenta ad Pengum *quæ bellica liquit, & arcus.*

Vorper. Thaborita lib. 4.

Electus eſt in Poteſtatem Anno 1494.

Meinardus Frankerenſis de Paſſione *Gronengana.*

OTtone Langio Cæſaris Maximiliani *legato præſente & urgente hic Anno 1494. ipſis Kalendis Ianuarij in Comitijs publicis* Snecę *celebratis magno ſuffragiorũ conſenſu in* Poteſtatē *electus eſt. Erat enim vir prudēs, gravis, et à factionibus omnino alienus, ſed cum haberet ex familia* Hottingana *uxorē, cuius fratres* Schyringorum *tunc anteſignani erant*, Vetcoperanæ *factionis Nobilibus inviſus fuit, & præſertim illis, qui cum* Groninganis *fœdus percuſſerant: iſti namq; electionem* Snecæ *factam, in* Comitiis Bolſvardiæ *poſtea habitis approbare & confirmare recuſarunt, licet* Otto Langius *ſcriptum ſolenne à* Maximiliano Cæſare, *filioque eius* Philippo *exhiberet, in quo non ſolum condonatio omnis tributi præteriti, ſed & confirmatio integra libertatis, omniſque omnino iuris priſtini à* Carolo Magno *accepti, & ad iſta uſq; tempora conſervati, continebatur. Poſt diſſenſionem itaque hanc de electione & confirmatione* Poteſtatis *ortam, ad rapinas iterum & cædes ventum eſt.* Groningani *cum fœderatis per omnem penè* Friſiam *inter* Amaſum, Flevumque *excepta urbe* Franekera *dominantes, diverſis in locis munitiones & caſtra erigebant, quorum fortiſſimum* Harlingenſe, *à* Frankeranis *ac Nobilibus quibuſdā, libertatem patriæ defendentibus, anno 1497. captum rurſus & demolitum eſt.* Cæſar *autem cum videret ſe literis, nec legationibus quicquam proficere*, Albertum Saxoniæ *Ducem* Gubernatorem Friſiæ *perpetuum*, Imperii *nomine conſtituit.*

DOMINI

ARCHIGVBERNATORES FRISIÆ



ALBERTVS DVX SAXONIÆ

LANTGRAVIVS MARCHIO
MISNIÆ.

DOMINI FRISIÆ.

ALBERTVS DVX SAXONIÆ.

SAxo *Gubernator* Friſiæ, *Dominuſque, duobus,*
Cæſareo, Albertus,*decreto,præfuit annis.*
Marte Gronengenſes *acri repreſſit, & omni*
Expulit AEſtrachia: *Caſtris communijt urbes:*
Franekeramque *Aulâ ſummâ exornavit: at ipſo*
Abſente, ob nimium lis eſt gravis orta tributum;
Totaque Franekeræ *cinxit prope* Friſia *Natum.*
Milite cui patrio vindex ſuccurrit; & armis,
AEreque multavit victos; cinxitque Gronengam:
Sed re compoſita, mox vivere deſiit Emdæ.

Ex Decreto *Maximiliani* primi, Anno 1498. In nũmo argenteo, an. 1500. *Leovardiæ* cuſo. ſcriptũ legi *Albert. Dux Sax. Archigubern. Friſiæ.* Curia *Franekeræ,* & caſtrũ *Leovard.* erectum. Anno 1499. *And. Corn. Vorper. Thaborita.* *Albertus Dux, Henrico* filio ſuo à *Friſiis* obſeſſo, ſuccurrit Ann. 1500 Alb. *Crantz Saxon.* l. 13. Obiit in urbe *Emdana.*

CVM Friſii *bellis ſe inteſtinis conficientes, de viro aliquo pacandæ gubernandæque Reipublicæ idoneo, in* Poteſtatem, *iuxta* Bullam Caroli Magni *eligendo, amplius non laborarent, hic à* Maximiliano Primo *Gubernator eis perpetuus, ſub titulo (ut* Bulla *habet)* Poteſtatis, *Anno 1498. nomine* Imperii *eſt conſtitutus, qui mox* Willebrordum Schomburgium *cum exercitu in* Friſiam *mittens,* Groningenſes, *captâ* Leovardiâ, *omni ſtatim* Ooſtergoa *expulit, &* Septemſylvanos *propè* Laxum *pugna vicit. Proximo autem anno ipſe cum filio ſuo* Henrico *in* Friſiam *veniens, ab Ordinibus* Ooſtergoanis *&* Weſtergoanis *honorificè exceptus, &* Archigubernator Friſiæ *inauguratus eſt, eodemque hoc anno,* Caſtrum Leovardiæ, *&* Curiam Franekeræ *erexit, ac deinde in* Saxoniam *proficiſcens,* Henricum *filium ſuum natu minorem* Præfectum *ſeu* Gubernatorem Friſiæ *conſtituit, ſed is, ob importuniores tributorum in refectione* Caſtri Harlengenſis *exactiones,* Franekeræ *à* Friſiis *obſeſſus eſt; parens vero cæſis fugatiſque tam ad* Bomſterſylam, *quam* Franekeram Friſiorum *caſtris, vi eum liberavit, qui & victoriam ſuam proſequens, cum* Edſardo Friſiæ Orientalis Comite, *aliiſque Proceribus,* Gronengam *urbem gravi mox obſidione preſſit; intercedente a.* Frederico Badenſi, Epiſcopo Vltrajectino *inter Ducem & urbem compoſitio poſt ſeſquimenſem facta, et obſidio ſoluta eſt. Dux vero* Emdam *proficiſcens, ex vulnere (ut quidam volunt) obijt,* Crantzius *autem morbo eum in caſtris extinctum ſcribit.*



GEORGIVS DVX SAXONIÆ

LANTGRAVIVS THVRINGIÆ
Marchio Miſniæ.

GEORGIVS DVX SAXONIÆ.

Rexit Dux celebris tria luſtra Georgius; *agros,*
Aggere, Bildthiacos, *ſepſit: magnique Senatus*
Te, pro Franekera, *fecit* Leovardia *Sedem:*
Sed bona Nobilibus ſua perſuadere nequivit
Accipere in Feudum. Friſiæ *commiſit* Eoæ
Militiam Comiti: nactus tamen ille Gronengam,
Structo, Vrbis Dominum, Caſtro, ſe reddidit ipſum.
Sicut & in magna Friſiæ *ſe parte* [a] Sycamber
Mox ope quorundam: quarè ius Saxo *reſignans,*
Vendidit, & reliquas Burgundo *tradidit urbes.*

Anno 1500. Succeſſit patri An. 1500 Inauguratus vero ann. 1504 quo anno & Curia tranſlata eſt, & *Bildthia* aggeribus ſepta. *Andr. Corn. Vorp Thaborita.* *Edſardus Friſiæ Orientalis* Comes: Dux belli conſtitutus Anno 1505. urbem *Gronengam* occupans, ſibi vindicavit.

a *Carolus Geldriæ* Dux.

S*oluta obſidione* Gronengenſi, Hugo Leiſenachius, *ab* Alberto *Duce Præfectus* Friſiæ *conſtitutus, & cum bona parte exercitus in* Septemſylvas *miſſus eſt, eaſque ad iuramentum fidelitatis Duci præſtandum compulit, ita ut cum* Ooſtergoa *&* Weſtergoa *ipſi hæredibuſque eius commune obſequium promitterent. Nobiles autem aliqui ex partibus illis exulantes, &* Saxoni *parere nolentes, conducto externo milite,* Omlandiam *invaſerunt, caſtroque* Delfſylenſi *expugnato,* Dammonam *urbem Anno 1504. ope* Groningenſium *obſederunt, ſed ab* Edſardo Orientalis Friſiæ *Comite cæſi & diſperſi ſunt;* Georgius *autem* Alberti *filius natu maior, à fratre* Henrico *iure hæreditatis obtento, anno 1504. in* Friſiam *veniens, ab Ordinibus honorificè ſuſceptus, &* Archigubernator Friſiæ Leovardiæ *inauguratus eſt,* Bildthiamq; *aggeribus ſtatim cingi curavit, et* Curiam Franekerâ Leovardiam *tranſtulit; Nobilibus vero, ut bona ſua ab ipſo in feudum acciperent, perſuadere non potuit.* Gronengam *anno proximo obſidione preſſit, ſed illa in odium Ducis* Comitem Edſardum *ex Caſtris in urbem vocans, pro* Domino *&* protectore *ſuſcepit, qui licet arcem in urbe erigeret, eam poſtea tamẽ libertati reſtituit.* Carolus *vero* Geldriæ *Dux, anno 1514. ibidem pro* Domino *agnitus, Ducem* Georgium *iteratam non ſolum obſidionem ſolvere compulit, ſed & bonam* Friſiæ *partem auxilio quorundam occupavit. Saxo igitur de potiunda & pacificanda* Friſia *deſperans, ius ſuum omne in* Carolum Hiſpaniæ, Belgiique Principem *certis ſub conditionibus conſenſu ordinum tranſtulit, ac in* Saxoniam *ſuam receſſit.*



CAROLVS .V. CÆSAR

CAROLVS QVINTVS CÆSAR
Auguſtus, Rex Hiſpaniæ, Archidux Auſtriæ. &c.

CAROLVS V. CÆSAR AVGVSTVS.

Carolus Auguſtus *triginta quinque Decembres*
Præfuit; at primum Friſiæ *ſolummodo ternis*
Vrbibus; in reliqua regnabat parte Sycamber.
Quem poſt acceptas, furibundo Marte, dataſque
Innumeras clades, nono vix Schenckius *anno*
Expulit, & Friſiam *Præfectus ſubdidit omnem:*
Cæſaris imperio ſe poſt iungente Gronengâ,
Quin Anabaptiſtas *in* Campo *fudit inertes*
Florido; *& optatæ ſic reddidit omnia paci:*
Friſia Burgundæ *quâ ſubdita floruit Aulæ.*

Succeſſit Cognato tráſactione: Conſenſu Ordinum *Friſiæ*, Ann. 1515. *Leovardia Franekera, Harlengia.* Burgundó parebant: Reliquæ *Geldro.*

Georg. Schenckius Anno 1523.

Gronenga ſe dedidit Anno 1536.

In Florido Campo: vulgo Olderdooſter *Anabaptiſtæ* obſeſſi, & victi Anno 1535.

HIC *iure* Saxonis *anno 1515. per tranſactionem obtento,* Dominus Friſiæ, *abſens inauguratus eſt, præſentibus* Ducis Georgii Deputatis, *qui* Florentio Iſelſteino, Comiti Burano, *nomine* Caroli *Principis, Præfecto* Friſiæ *caſtra & Civitates, quæ adhuc in poteſtate* Saxonis *erant, tradẽtes, milites præſidiarios poſt ſtipendiorum ſolutionem exauthoratos dimiſerunt, in quorum loco alij rurſum ex parte* Caroli *Principis ſuffecti ſunt, qui cum non ſufficientes viderentur ad* Geldriæ *Ducem expellendum,* Carolus *anno proximo validum è* Belgio *exercitum in* Friſiam *miſit, Civitateſq; et loca quædam munita ibidem per Præfectos ſuos aut occupavit, aut obſidione ad deditionẽ compulit. Præfecti autem ac Capitanei Ducis, ut exercitum Principis diverterent* Pyrrhum Magnum *incredibilis audaciæ & fortitudinis virum* Friſium, *ad infeſtandos* Hollandiæ *portus claſsi præfecerunt, qui & ſpoliatis Inſulis quibuſdam, Anno 1517.* Medenblicum *vi expugnavit, & (captâ quoq; à ſuis* Alcmariâ*) ingenti inde præda in* Friſiam *redijt, ſequenti vero anno* Hornam *Civitatẽ aſtu occupans, totum* mare auſtrinũ *infeſtum reddidit;* Carolus *autẽ* Princeps *anno 1519. in* Cæſarem *electus,* Geldriæ *Ducem proximis quatuor annis ubique è Provincia expulit, & totam inter* Flevum Lavicamque Friſiam, *per Præfectum ſuum* Georgium Schenckium *penitus ſubegit, qui et* Anabaptiſtas *è* Florido Campo, *ſeu* veteri Cœnobio, *quod aſtu de nocte occupaverant, anno 1535. vi eiecit; ſequenti vero urbs* Gronenga *ſponte Cæſari ſe dedidit, bellumq; inteſtinum magno ſic tandem incolarum gaudio & emolumento ſublatum eſt.*



PHILIPPVS REX HISPANIÆ

PHILIPPVS REX HISPANIÆ

Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ. &c.

PHILIPPVS REX HISPANIÆ.

Succeſſit Patri An. 1559.

VIX annis Friſiam bis rexerat octo Philippus,
Belgica, quin placidam, turbavit Factio gentem.
Symbola portabant mendici vaſcula Geuſæ:
Cardineo *reliqui ficbant nomine noti;*
Servitium Regis jactabant ambo: fugati
Bis ſunt ex Friſia Geuſæ: *ſed pace reverſi*
Gandenſi, *tandem ſe firmavêre, Senatu*
Mutato, & Clero, nudatiſque aggere Caſtris.
Fida diu Regi, demumque his victa Gronenga *eſt:*
Det Deus Archiducum *reddant connubia Pacem.*

Vulgo, Gues / & Cardinaels / Anno 1566.

Geuſæ fugati An. 1567. & 72.

Pax *Gandavi* concluſa, Anno 1576.

Gronenga ſubacta, Anno 1594.

SVB *Dominio Monarchæ hujus,* Friſia *annos ſedecim in maxima proſperitate floruit; ſed causâ religionis, anno 1566. tumultus oriri cœpit, qui gravi admodum et diuturno bello dedit initium.* Ioannes *n. Comes* Arenbergius, Friſiæ *Præfectus, anno 1568. à* Ludovico Naſſovio Principis Auriaci *fratre, ad* Heiligerlæam *pugnâ victus & cæſus eſt, in qua &* Adolphus *frater* Ludovici *occubuit; ſed non multo poſt idẽ* Ludovicus *armis Ducis* Albani, Belgij Gubernatoris Generalis, *cum toto ſuo exercitu ultra* Amaſum *fugatus eſt. Anno autem 1572.* Confœderati Geuſæ *(ut vocant) tres iterum* Friſiæ *urbes* Snecam, Bolſvardiam, *&* Franckeram *ductore* Schouvenburgio *occupârunt, quas tamen, ſæpius à* Caſparo Billæo Friſiæ *Præfecto cæſi & diſſipati, ſub hyemem rurſus deſerere coacti ſunt: agger quoque inſignis Anno 1574. inter* Mackum *&* Bilthiam *magno totius* Friſiæ *emolumento erectus eſt; & biennio poſt* Pax Gandavi *concluſa; quæ tamen non diu illæſa perſtitit; anno enim 1580 arcium vallis in* Friſia *demolitis, ſtatus regiminis tam* Eccleſiaſtici, *quam* ſæcularis *omnino mutatus eſt, &* Princeps Auriacus *ſine Regis aſſenſu à fœderatis in* Præfectũ *electus, Cum* Gronengam *urbem Comes* Rennenburgius *iam Regi ſubdidiſſet: Anno vero 1581.* Ordines *Provinciarum fœderatarum* Regem *ſolemni edicto hoſtem declarantes ſolitæ in poſterũ obedientiæ renunciârunt, à quo tamen* Stenvica *Anno 1582.* Zutphania *83, &* Daventria *87. Ducibus* Verdugio *&* Taxio *occupatæ ſunt; cum* Friſii *anno 86.* Boxemi *quoq; ingenti ab iiſdem clade affecti eſſent.* Novemviratus *autem anno 1584. in* Friſia *eſt inſtitutus, & ſequenti* Academia Franekeræ *erecta.*

ALBER-



ALBERTVS ET ISABELLA
Archiduces Burgundiæ. &c.

Archiduces Auſtriæ Duces Burgundię.

DVX etſi Albertus, *Natâ cum Regis* Iberi,
In dotem obtinuit Burgundica *Pilea*; *Faſces*
Belgii; *& antiquum* Friſiæ *prænobile Sceptrum:*
*Nunc tamen,*Auſtriacis *innato,motus,amore,*
Liberet ut charos, ferali à Marte, Clientes,
Doti cedit huic, & Ius, [a] *ſub pace, remittit,*
Quod tenet in Friſios, *& iunctas fœdere Gentes.*
Nempe olim unius decoratas nomine Regni,
Priſtina, iam ſolito, Concordia, reddit honori:
Grataque reſtituit, lætis Dux ſecula, terris.

Nuptię celebratæ ſunt Anno 1599.
a Vide Induciarũ acta. *Provinciæ Fœderatæ* olim omnes ſub Nomine, Iuriſdictione, & Regno *Friſiæ*, cenſitæ ſunt. Vt liquet ex Lapide *Neomagi* erecto. Chr. *Holl.* Diviſ. 3. *Einhard.* Abb. lib. 4. *Iac. Mejero* li. 1. *Heim. Contracto* l. 3. *Lamb. Schafnaburgio.* & Diverſis *Sanctorum* Vitis.

Philippus *Rex*, Alberto Maximiliani Secundi Cæſaris *filio, &* Caroli Quinti *ex filia nepoti, filiam ſuam* Iſabellam *in uxorem, et* Belgium *in dotem dedit, qui et in* Brabantia, *viciniſq; Provinciis anno* 1599 *ſolenniter inaugurati ſunt: in* Friſia *autem aliiſque fæderatis circa* Rhenum Provinciis, *anno* 1605. *& ſequenti* Oldenſaliã, Lingam, Bercam *& arces aliquas Duce* Spinola *occuparunt*; *cum iam ab Ordinibus fæderatis*, Mauritii *&* Guilhelmi Comitum Naſſoviorum *ductu*, *præſidia Regia* Zutphaniâ *&* Daventriâ *anno* 1591, Steenvicâ *et* Covordiâ 92, Grouengâ 94, Lingâ *vero & totâ* Tuentiâ 97 *eiecta eſſent. Anno autem* 1607. *conſenſu* Regis, *inter* Archiduces, *&* Ordines fœderatarum Provinciarum, Hagæ Comitis *de pace agi cæptum eſt*, *& biennio poſt induciæ duodennales* Antverpię *concluſæ. Deputati ad hoc negotium erant ex* Regis Archiducumque *parte*, Marchio Spinola, Præſes Richardot, Secretarius Mancicidor, *R.P.* Cõmiſſarius Generalis Ioannes d'Ney, *&* Audientiarius Verreyken; *ex parte vero* Provinciarum Guilhelmus Ludovicus Náſſoviæ Comes Præfectus Friſiæ, Walravius de Brederoda, Cornelius *de* Gent, Ioannes de Barneveldt, Iacobus de Maldere, Gerardus de Reneſſe, Gellius Hillema, Ioannes Sloeth, *&* Abel Coenders. *Faxit miſericors* Deus, *ut ad honorem ſanctiſsimi ſui nominis, augmentum* Orthodoxæ *fidei*, Regum Principumque *concordiam*, *& totius* Reipublicæ Chriſtianæ *ſalutem*, Pax *ſequatur vera, legitima, & durabilis*, *quam boni omnes ſummè exoptant: Diſſipentur gentes quæ bella volunt, et ſit pax multa timentibus* Dominũ.

O COMITES

Comites et Domini Friſiæ Orientalis



VLRICVS SIRCSENA

COMES FRISIÆ ORIENTALIS PRIMVS.

COMITES FRISIÆ ORIENTALIS.

VLRICVS SIRCSENA.

VLricus, Friſiæ *Dynaſtis*, Syrcſena, *longo*
Sanguine, Gretanis, *&* Pilſumenſibus *ortus*.
Auſtriaci *nutu* Frederici *Cæſaris*, *Arma*
Clara illa, & titulum Friſiæ *ſuſcepit Eoæ*;
Quæ magna ad Comites *tranſmiſit laude Nepotes*.
Quin & læta domi, celebrans connubia, Thedam,
Focco *tuam, duxit, prænobilis* Vckena *Neptem*:
Quem patria expellens lis inteſtina fugarat.
Nupta tori fauſto, ſublatis, fœdere, bellis,
Tres tulit hæc Comiti *præſtantes indole Natos*.

Comes à Cæſare Cõſtitutus Anno 1454. Inauguratus vero Anno 1464.

Vcco filius *Fecconis Vckenæ*, Dynaſta in *Lerhæ*, Socer *Vlrici* Comitis, *Zurhuſis* cæſus eſt.

V*IR illuſtris ac ſtrenuus*, Ennonis Dynaſtæ Gretani, *ex* Gela Pilſumana *filius, ducta in uxorem* Theda Levana *et* Oldershemica, Fockonis Vckenæ *ex filio nepte, ab Ordinibus* Friſiæ Tranſamaſanæ *in ſupremum tractus illius* Gubernatorem *electus eſt: in qua dignitate cum conſtitutus eſſet, ac opibus & authoritate polleret, legatum mandatis & pecunia inſtructum ad* Fredericum Tertium Imperatorem *miſit, petijtq. ut conſervandæ pacis & concordiæ gratia, eum in* Comitum Imperii *ordinem inſcribere, & feudo* Friſiæ Orientalis *ornare dignaretur, quod & pro ſe & hæredibus à* Cæſare *impetravit, ea tamen lege, ut libertas, & optima iura à* Carolo Magno *cæteriſque* Imperatoribus *Sancita tributave, et à maioribus per manus tradita, inq; populo hactenus uſitata, eidem integra maneant & illæſa, novaque hac ſanctione rurſum confirmata. Diploma vero* Cæſaris Neapoli Auſtriæ *ſcriptum cum accepiſſet, in mediũ ſtatim proferre, certas ob cauſas, conſultum non putavit, ſed priori vivendi imperandique inſtituto inhærens, omnes comitate & beneficiis ſibi devinctos reddidit, ac anno dein 1464. accepto ab* Imperatore *novo* Diplomate, *per fæcialem legatumq; eius* Emdæ *in* Feſto *D.* Thomæ, Comes *declaratus, & in feudi honoriſq; poſſeſſionem (dato ei enſe & vexillo) ſolenniter immiſſus eſt, qua dignitate cum per biennium inſigni laude & modeſtia functus eſſet,* Emdæ *obiit, ac* Nordæ *ſepultus eſt, relicta uxore vidua cum prole impubere*.



ENNO

COMES FRISIÆ ORIENTALIS SECVNDVS.

ENNO.

Succeſſit patri, ſed mater ipſo vivente Comitatum rexit.

CVM *Domini* Cunas, *regnante Viragine Matre*,
Viſeret, ac ſacrũ Chriſti *pius* Enno *Sepulcrum:*
Vrbe ſub Aurica *ſpatiantem forte ſororem*
Ipſius Almetham *procus* Engelmannus, *iniquo*
Conatu, rapuit Satrapes, & vexit in Arcem
Clam Fredoburgẽſem, *celebrans cum Virgine tædas.*
Quod Comes ulciſci cupiens ſcelus, ipſe reverſus
In foſſa eiuſdem, glacie fracta, occidit Arcis.
Conſcia mens Caſtro raptorem cedere furtim
Compulit; at pœnas pugna dedit inde peremptus.

Almetha rapta eſt Anno 1489.

Comes interijt. Anno 1491.

HIC *trium filiorum ab* Vlrico *relictorum natu maximus, ſeptimum ætatis ſuæ annum patre è vivis excedente nondum attigerat, materq; vidua virilis planè animi fœmina,* Comitatum *prudenter admodum & induſtriè ſub pueritiâ adoleſcentiâq; eius rexit, licet pater moriens* Siboni Eſenſi, *&* Heroni Mauricio, *eximia fide et prudentia viris* Reipublicę *domuſque ſuæ curam tutelamque commendarat. Annos autem natus viginti novẽ,* Enno *pietatis Zelo motus, in* Terram Sanctam *matre annuente profectus eſt, cumque ibidem inviſendo ſepulchrum* Domini *aliaque loca ſacra aliquantiſper hæreret,* Almetha *ſoror eius minima ab* Engelmanno *Nobili* Weſtphalo *blandis verbis in amorem pellecta, propè* Auricam *urbem rapta & in arcem* Fredoburgicam *deducta eſt, mater autem cum facinus reſciſceret, animo vehementer commota, iniuriam vindicandam cenſuit, convocatoque conſilio Ordinum, communi omnium conſenſu arx obſeſſa eſt, &* Heroni Mauricio *cura exercitus demandata, ſub obſidione vero, quæ diuturnior fuit quam ſperabatur,* Enno *incolumis Anno* 1491. *domum redijt, ſtatimque ad caſtra contendens,* Engelmannum *fide publica ad ſe vocavit, qui in colloquio ſibi metuens, pedem referre & per glaciem ſe in arcem recipere contendit,* Comes *autem fugientem inſequens in media foſſa, glacie armorum pondere fatiſcente, merſus eſt, & ſuffocatus,* Engelmannus *vero fugâ de nocte elapſus, & arx cum* Almetha *dedita eſt.*



EDSARDVS

COMES FRISIÆ ORIENTALIS TERTIVS.

EDSARDVS.

EDſardus, *genuit bellator maximus, acres,*
Principe Ritberga, *ternos, ex Conjuge, Natos.*
Prælia multa domi geſſit præclara, foriſque;
Dedente, obſeſſam ſuſcepit, Cive, Gronengam;
Et tenuit, Structa, contra ſpem Saxonis, *Arce:*
Vnde diu vario quum Marte *ferociter eſſet*
Certatum, innumeris, cum Brunſuicenſe, *necatis,*
Omne ſuum (Geldro *cedens*) *ius reddidit urbi;*
Ac fauſtum patris reducem ſe præbuit Oris.
Vcco *domi periit bellorum tempore frater.*

Succeſſit fratri. Anno 1491.

A *Gronenganis* ſuſceptus eſt Anno 1506.

Henr. Dux *Brunſuic.* ad *Ordam* Arcem ſphæra ictus, periit. Anno 1514.

Vcco mortuus eſt. Anno 1507.

ENnone *mortuo &* Nordæ *apud patrē ſepulto, hic ne fratri pietate & honore cederet, in* Terram *quoque* Sanctam *anno* 1491. *abiit, & ſepulchro* Domini *viſitato,* Hieroſolymæ *in ordinem* Sacrorum Equitū *adſcriptus eſt, anno autem proximo, cum domum incolumis rediiſſet, ab* Epiſcopo Monaſterienſi *bello ſubditis admodū noxio vexatus eſt, ſed ipſe par pari retulit & cum* Hamburgenſibus *anno* 1493. *veterem de* Emda & Orthona *arce litem compoſuit. Matre vero eius* Theda *patriæ* Gubernatrice *mortua, ipſe anno* 1494. Comes *ſolenniter inauguratus eſt, & quadriennio poſt uxorem duxit* Eliſabetham Conradi Ritbergiæ Comitis *ſororem,* Albertoque Saxoni Archigubernatori Friſiæ, *tam in ſuccurrendo filio* Henrico, Franekeræ *obſeſſo, quam obſidenda* Gronenga, *egregiam navavit operam, ut & poſtea quoque filio eius* Georgio, *in qua tamen obſidione, cum* Saxones *nimis acerbè, in cives captivos ſævirent, ipſe à* Gronenganis *pro* Domino & Protectore *anno* 1506. *in urbem receptus eſt, quam extructa arce et præſidio firmata, ad annum quoque* 1514. *tenuit ac fortiter defendit; Cum autem* Dammonum *oppidum ab exercitu* Saxonis *expugnatum eſſet. &* Henricus *Dux* Brunſuicenſis *eidem militans, poſt* Fredeburgum, Stichuſam, *& loca quædam alia occupata, ad* Ortham *arcem ſphæra ictus occubuiſſet, omniaque bellis tam citra quam ultra* Amaſum *arderent, ipſe iuri quod in* Gronenganos *habebat renuncians, & Duci* Geldriæ *Civitatem relinquens, ad tranquilla propria domum rediit, amiſſaque omnia magno ſubditorum ſuorum gaudio et emolumento brevì recuperans, Comitatum deinceps ſingulari prudentia & æquitate præſens rexit.*

ENNO.



ENNO. II.

COMES FRISIÆ ORIENTALIS QVARTVS.

ENNO II.

ANna *mares, terno, tres* Oldenburgica, *partu,*
Nobilis Ennoni *Comes eſt enixa ſecundo.*
Hic ſacra quorundam ſuaſu mutavit avita,
Et captâ; Eſenſem, Witmondâ, *terruit hoſtem.*
A Duce, ſed Caſtris multatus & Arce, Sycambro,
Pro Greta *amiſſa,* Witmondam *reddidit, atque*
Perpetuum ſanxit cum Principe fœdus utroque.
Heſpericâ VIricus *frater deceſſit in Aula*
Cæſaris; ac, una, Ioannes, *Arce retenta*
Auſtriaca, Ardennos *petijt, cum Coniuge, ſaltus.*

Succeſſit Patri Anno 1528.

Pax concluſa eſt Anno 1534.

Ioan. Eques *Aurei Velleris,* duxit Dorotheam *Maximil. Caſ.* filiã Notham. Et *Durbuy* in *Arduenna* Comes factus eſt.

VLricus *trium filiorum defuncti* Comitis Edſardi *natu maximus, cum in aula* Cæſaris *obijſſet, vel (ut alij ſcribunt) à reditu ex* Hiſpaniis *ingenio defeciſſet, hic ſecundo genitus ab Ordinibus ei ſuffectus, ac* Comes Friſiæ Orientalis *anno 1528. declaratus & inauguratus eſt, qui ſtatim poſt iuſiurandum à ſubditis acceptum, conſilio et perſuaſu quorundam, avitum* Religionis *ſtatum & exercitium mutare cœpit, cumq; omne aurum, argentum, & quicquid erat pretioſæ veſtis aut ornamenti, è templis tam Monaſticis quam alijs auferri mandiſſet, in grave admodum et toti* Comitatui *ſuo damnoſum bellum incidit; biennio enim poſtquam* Antonii Comitis Oldenburgici *ſororem* Annam *in Coniugem accepiſſet, ut ſe in armis quoque non degenerem oſtenderet,* Balthaſari Dynaſtæ Eſenſi *ob pacta non ſervata bellum intulit, eique mox* Witmondam *arcẽ, & oppidum* Eſenum *vi extorſit:* Balthaſar *vero, auxilio* Ducis Geldriæ, *non ſolum* Eſenum *brevi recuperavit ſed & totam pene Comitis ditionẽ ferro ac flamma vaſtam inopemque reddens, ſubditos eius in maximam redegit miſeriam, quin & ipſe quoque* Geldriæ Dux Comiti *bellum inferens* Gretham *arcem Anno 1534. occupavit, quam tamen pace mox inter eos compoſita, pro* Witmonda Balthaſari *clienti ſuo ablatâ,* Comiti *reſtituit; cum* Ieveram *biennio tantante* Carolus Cæſar Dux Brabantiæ, *ab hæredibus in feudum accepiſſet.* Ioannes *autem* Ennonis *frater, ducta* Dorothea Maximiliani Cæſaris *filia notha,* Eques aurei Velleris & Comes Durbuii *in* Arduenna *factus eſt.*



EDSARDVS. II.

COMES FRISIÆ ORIENTALIS QVINTVS.

EDSARDVS II.

SVſtulit Edſardus, *patria florente, ſecundus,*
Quinque alacres, Sueca *Regina è Goniuge*, *Natos.*
Mænibus Emdanis Faldrana *ſuburbia vallo*
Iunxit, & externis ſcite fabricantibus, urbem
Sedulus ornavit: quæ poſt elata, paternam,
Imperium renuens, ipſius diruit Arcem:
Trans mare præſidio Batava de gente petito.
Chriſtophorus Friſonum, *magna cum laude, ſuorum*
Ductor, in Hungaria *perijt: fraterque,* Lerhenſi,
Ioannes, *propria, cælebs deceßit, in Arce.*

Succeſſit patri Anno 1540.
Duxit *Catharinam, Goſtavi Sueciæ Regis* filiam, in uxorem.

Chriſtoph. obiit. Anno 1566.
Ioannes in Caſtro Ordæ obiit Anno 1591.

P*Atre* Emdæ *anno 1540. mortuo, et in ſumma æde ſepulto, hic cū* Chriſtophoro *&* Ioanne *fratribus ſub tutela matris ad virilem uſque ætatem permanſit; Comitatus autem ob gravia, cauſa religionis, diſſidia, varios motus & tumultus ſenſit, alijs Lutheri doctrinam, alijs Zuinglij amplectendam cenſentibus, nonnullis, quoque Catholicam non omnino reiiciendā arbitrantibus, præſertim cum ea à* Ioanne *Comitis defuncti fratre,* viduæ Gubernatrici, Cæſaris *&* Principum Imperij *nomine, quam maximè commendaretur; manſére itaque diverſa in* Comitatu Religionis *exercitia, nec pax inter diſceptantes iniri potuit.* Edſardus *interea honeſto & ſe digno connubio animum intendens,* Catharinam Goſtavi Sueciæ *Regis filiam in uxorem ſibi petijt & impetravit; nuptijs vero* Stocholmi *magna pompa celebratis,* Ioannes *ſponſi frater in grave diſcrimen incidit, cum enim ludi ac ioci cauſa per ſcalā de nocte conclave conſcendiſſet, in quo filia Regis iunior, cum Matronis virginibuſq; nobilibus degebat, conſpectus, captus & in carcerem coniectus eſt, nec inde, niſi magna Principum interceßione dimiſſus;* Edſardus *autem cum ex Coniuge Regia quinque illuſtres filios genuiſſet, ac* Emdam *urbem multo ampliorem & ſplendidiorem reddidiſſet, præter expectationē cum civibus in litem devenit, qui vallū arcis demolientes, externoſe præſidio contra eum munierunt, ſed interventu Ordinum fœderatorum, lis per arbitros* Delfſylæ *compoſita eſt.* Chriſtophorus *frater Comitis in expeditione* Hungarica *anno 1566; &* Ioannes *domi anno 91, ipſo adhuc octennium ſuperſtite, obijt.*



ENNO. III.

COMES FRISIÆ ORIENTALIS SEXTVS.

ENNO III.

TErtius Enno, *Comes quo non prudentior alter,*
Coniuge ſublata, ſublato Infante veneno,
Ritberga *geminas tenuit de Principe Nymphas:*
a *Et rurſum* Holſata *clara Duce virgine ducta*
Illuſtri eximiam produxit ſemine prolem
Extero & interno vix tandem liber ab hoſte.
b Goſtavus *patrijs, obijt germanus, in arvis.*
c Ioannes (*Comitum flores*) Ritbergius, *atque*
Chriſtophorus, *magna, bellant, cū laude, Monarchis.*
Carolus Hungaricis Otto *eſt extinctus in armis.*

Succeſſit Patri A. 1599 *VValburg. Ioan.* Comitis *Ritbergi* filia, cum infante maſculo veneno periit duas relinquens filias.
a *Anna Holſ.* peperit *Edſardo Adolphum.* Anno 1599. Et plures deinde proles alias.
b *Goſtavus* obiit Anno 1608.
c *Cæſari, Hiſpano, Franco, Polono, & Archiduci Alberto.*

COmes *prudentia & animi fortitudine celebris patre adhuc vivente* Walburgam Comitis Ritbergiæ *filiam in uxorem duxit, quæ non ſolum Comitatus paterni, verum Dominij quoque* Eſenſis, *cum omnibus appendentijs hæres legitima extitit, ſed florente adhuc ætate è vivis ſublata & cum infante maſculo toxico infeliciter extincta eſt, binis relictis filiabus formâ et indole præſtantibus. Secundis autem nuptijs ſociavit ſibi* Comes Annam Holſatiæ *Ducis ſororem, Principem lectiſſimam, ex qua filium* Edſardum Adolphum *anno 1599. & ſequentibus plures alias optimæ ſpei proles tam maſculas quam fæmellas ſuſtulit, quarum pleræq; matre defuncta, adhuc ſuperſunt: cum externis interniſque hoſtibus à morte patris diu multumque fortiter luctatus eſt, præſertim vero cum civibus* Emdanis, *eorumque amicis & fautoribus, fœderatarum Provinciarum Belgij Ordinibus cum quibus tamen, poſt ablatam ſibi ab eis* Auricam, *& Arces aliquas, non ſolum pacem inijt, ſed et ſolenne fœdus percuſſit, præſidiis eorum in arcibus munitioribus Comitatus ſui paſſim receptis.* Goſtavus *fratrum eius natu maximus anno 1608. domi obijt, minimus autem* Carolus Otto, *in expeditione* Hungarica *extinctus eſt; reliqui duo etiamnum ſuperſunt, quorum maior* Ioannes Ritbergiæ Comes, Cæſari *&* Poloniæ *Regi Cognato ſuo militavit, minor vero* Chriſtophorus *Regi Catholico &* Archiducibus Belgij Principibus *adhuc in armis egregiam navat operam; Heros uterque fide & virtute illuſtris.*

TOPARCHÆ SEV PRÆFECTI, DVCVM SAXONIÆ IN FRISIA.

GVILLEBRORDVS SCOMBORGIVS.

> Præfecturam adeptus eſt Anno 1498.

> *And. Cornelius* lib. 10.

PRimus ab Alberto *Præfectus* Saxone *miſſus,*
Appulerat, Friſicæ, *quando* Schomburgius, *oræ:*
Inteſtina tuis Weſtergoa *finibus arcens*
Bella, Fidem certis ſub conditionibus ipſe
Et dedit, & populi per iuramenta recepit.
Ad quam te validis Oſtergoa *compulit Armis;*
Cinctaque bis, forti, Leovardica *Mœnia, Caſtro,*
Munijt; Imperio multans ac ære Gronengam.
Sed, licet ad Laxum *Sylveſtres vinceret acres,*
Cogere in obſequium bellaci Marte *nequivit.*

> Caſtrum *Leovardiæ* Structum Anno 1499.
> In hoc prælio cecidit inter alios *Auguſt. Stynthiema*, Aviæ noſtræ *Materna* parens: *Lemſterlandiæ Prætor.* In Feſto. Trinitatis Anno 1498.

HENRICVS SAXO, ALBERTI FILIVS.

> Dux appulit *Harlengiæ* Anno 1499. & menſe Iulio inauguratus eſt.
> Curia *Friſiæ* An. 1499. *Franekeræ* conſtituta. Inde *Leovar* tranſlata eſt Anno 1504.
> Caſtrum hoc à *Gronenganis* factum An. 1496. rurſum à *Friſiis* dirutum erat.
> Caſtris *Friſiorum* ad *Bomſterſylam* cæſis; filio obſeſſo ſuccurrit Anno 1500.

DVx ipſe in Friſiam, Batavis, *ut venit, ab oris,*
Conventu Procerum miro ſuſceptus honore eſt:
Magnumque inſtituens, ex ipſa gente, Senatum
Franekeræ; Friſicis *Natum præfecit habenis*
Henricum; *ac abiens ad* Miſnica *rura receſſit.*
Vrbis opus, Caſtrum vetus, Harlengenſe, Gronengæ,
Prædura, is, Friſiis *extorquens æra, refecit.*
Vnde & Franekeræ *eſt cinctus: ſed prorſus alacrem*
Senſit opem patris; qui Bomſterſylica *Caſtra*
Fudit: & obſeſſæ ſuccurrit fortiter urbi.

HVGO LEISENACHIVS DOMINVS DE PENNENCK.

> Præfecturam adeptus eſt Anno 1500. Et Dux *Albert. Emdæ* mortuus.

A Cincta rediens, pacata lite, Gronenga;
Dux, Leiſenachium *relliquit,* Saxo, *Toparchā.*
Qui Septem Sylvas; *&* Stellencwarvica *rura,*
Vi magna invadens, Fidei præſtare coëgit
Sacramenta Duci; certamque exſolvere multam.
Quin nova, Præfecto, Dominis iurando novellis,
Huic, etiam Partes [a] *reliquæ pendere tributa.*
At quidam extorres, collecto milite, Damum
Cingentes, ipſi, ſpe ſunt fallente, minati:
Nam Comes hos ſuperans Friſiæ *diſperſit* Eoæ.

> *Georgius* & *Henricus*: defuncti Ducis *Alberti* filij hęredes.
> a *Oſtergoa*, ſcilicet, & *VVeſtergoa*.
> *Edſardus* Comes ſuccurrit *Damo* urbi Anno 1501.

GVILHEL.

GVILHELMVS TRVCHSES CVM COLLEGIS.

SEX Proceres Regimen pariter tenuêre ſupremum;
Tres Friſii, *& totidem præclaro* Teutones *ortu:*
Præfecti Friſiæ *quorum* Truchſeſius *inſtar*
Primus erat; reliquis uno licet Ordine iunctus.
Mars *vero, Comiti* Friſiæ, *commiſſus* Eoæ,
Cum foret, ac urbem iam cingeret iſte Gronengam;
Iuſtitiæ hi ſoli tantummodo pene vacarunt;
Cumque Gronenganis Hatthemi *fœdera Pacis,*
Ex Ducis incaſſum tractarunt parte Georgi:
Caſtra tamen Friſiis *bis fulcivêre trecentis.*

Adepti ſunt Regimen Anno 1504. *Friſii Buch Ayta, Heſſelus Marten Franciſc. Mennema.* Teutones. *Guilhel. Truchſeſius, Severinus Lutſengius*, & Cancellar. Ducis *Georgij.* Comes *Edſardus* Dux belli deſignatus eſt, Anno 1505.

Sub *AEſgone Hoxvirio, & Scheltone Thiarda* Capitaneis Anno 1505.

HENRICVS COMES STOLBVRGIVS.

CVm regeret captam quaſi nomine Saxonis *urbem,*
Illā Comes Edſardus, *ſed tecta mente,* Gronengā
Præfectus reliquæ Comes eſt Stolburgius *oræ.*
Hic Omlandiacis *fruſtra mandata Colonis*
Miſit, ut in Domini Iurarent verba Georgi:
Quippe iram Comitis metuebant Tranſamaſani.
Neglecto Mariæ *votivo* Friſia *Feſto*
Virginis; horrendum, Cataclyſmo vindice, damnum
Ipſo paſſa die eſt: magna cum Strage, nefandum,
Hoſtiæ, ut, ob ſacræ[a] *contemptum, ſenſerat olim.*

Præfecturam adeptus eſt Anno 1506.
Comes *Edſardus* urbē deditā quaſi ſequeſter pro *Saxone* tenens, Arcem ſibi ipſi in ea erexit.
Friſii votivum D. Virginis Feſtum 26. Septemb. celebrare negligentes horribili cataclyſmo, ipſo die puniti ſunt. Anno 1509.
And. Cernel lib. 11.
a *Vorp.* lib. 3. *Cæſ.* lib. 7.

EVERVINVS COMES BENTHEMVS.

BEnthemus Friſiam *mira Comes arte gubernans,*
Conſcribi per agros omnes curavit, & urbes,
Totius populi reditus; ut quiſque, ſecundum
Divitias cenſus, ſua penderet uſque tributa.
Suſpectos aliquot de proditione, capique
Iuſſit, & in ſepto plecti cervice theatro.
Sed, Damū *expugnans; vi, mandatiſq;* Gronengam
A Comite Edſardo *fruſtra Dux ipſe popoſcit:*
Nimirum, illius ſtudio, nutuque, Sycamber
Hanc pacto, & plures Friſiæ *mox ſubdidit urbes.*

Præfecturam adeptus eſt Anno 1509.
Vulgo de *floreen Rente.*

Damum, à *Saxone* expugnatum eſt Anno 1514.

Carol. Geldriæ Dux *Gronenga* potitus, bonā *Friſiæ* partem occupavit Anno 1514

PRÆFECTI DVCVM BVRGVNDIÆ FLORENTIVS ISELSTEINVS COMES BVRANVS.

Præfecturam adeptus eſt An 1515. quo anno; & *Saxo* Ius ſuum, in *Burgundum* reſignarat.

SAxonis *in* Friſiam Burgundus *Iure potitus*,
Miſit Iſelſteinum, Geldro *graſſante, Toparchã.*
Præſtita qui Procerum poſt Iuramenta; fideles
Tutans, in Friſios Geldri *tulit Arma clientes.*

Henr. Arkellenſis Geldr. Præfect. Leovard. Svartſenburgius Dux belli.

Quos Arkellenſis, *quos* Suartſenburgius, *acri;*
Defendêre, manu: Dux belli hic, ille Toparcha,
Doccomium *triſtes, triſtes* Bolſvardia *caſus*

Pyrrhus Magnus, utramque urbem expugnabat Anno 1517.

Senſit, & emuncto furijt Vulcanus in agro;
Nec Medenblicum, *fuit aut* Alcmaria *tuta:*
Nam mare piratis ſcatuit, prædonibus urbes.

GVILHELMVS BARO ROGGENDORFIVS.

Præfecturam adeptus eſt Anno 1517.

BVrgundo, Hiſpanum, *viſente à Principe, Regnũ,*
Præfectus Friſiæ *cum* Roggendorfius *eſſet:*

Mart. Roſſemius Duci Geldriæ in *Friſia Præfectus* Anno 1518.

Iuſſus, eo, à Geldro, Roſſemius *ire Toparcha eſt.*
Et quamvis aliquot ſint pactæ Induciæ ad annos,
Haud tamen iſtarum gavìſa eſt patria fructu;
Geldriacis *pacem* Friſiis *ſpernentibus; atque*

Horna capta & ſpoliata Anno 1518.
Pyrrhus Magnus. Vulgo 𝔊𝔯𝔬𝔬𝔱𝔢 𝔓𝔦𝔢𝔯. obiit *Sneca* Anno 1520.

Litibus, & tetra gaudentibus uſque rapina.
Cui quoque Navarchus, pelagi ſpoliator, & Hornæ;
Magnus *inaudito Studuit conamine* Pyrrhus;
Non ita ſpe lucri, quam Libertatis amore.

GEORG. SCHENCK. BARO TAVTENB.

Præfecturam adeptus eſt Anno 1521.

C*Aeſare ab Heſpericis in* Belgica *Regna reverſo*,
Schenkius *inſignis* Friſiæ *Præfectus, alacri*

Ioann. VVaßenarius, ad *Slotas* læſus, *Leovardiæ* obiit Anno 1523.
Chriſtoph. Comes de Moers Pręfectus Ducis *Geldriæ in Friſia*,
a Nobilibus inter ſe de Primatu decertantibus. Vide *Vorper*. lib. 4.
Sneca Anno 1522.
Groninga Anno 1536.

Cum Waſſenario *belli Duce, cuncta ſubegit*
Oppida, & ex Geldri, *tenuit quas* Moerſius *Arces*
Parte, Toparcha, Ducis: Worcũ, *puta*, Doccomiũque
Lemmariam; Slotas; *& te* Bolſvardia, *diros*,
Cuderat hos in qua, damnoſa [a] *ſuperbia, motus.*
Quin Delfſyla, Damũ, Strẽvica, Covordia, Wedda
Kinchorſta, *&* Dypenũ, *bello ſunt rapta* Sycãbro.
Sponte ſua Sneca *eſt ſed ſubdita, ſponte* Gronenga.

MAXIMIL.

MAXIMIL. AB EGMONDA COMES BVRANVS.

CVm Carolo, *pangens*, Geldrorũ *Principe, fœdus,*
Aurea reſtituit, pacatæ, ſecula, genti,
Cæſar; & Adgilli *revocavit tempora Regis,*
Præclarumque dedit Friſiis *heroa Toparcham*
Buranum, *à duris, qui, Proteſtantibus, ipſi*
Preſſo ad Danubium, ſuccurrit milite Belga.
Menno, *Retinctorum, Paſtor* Wytmarſius, Archon,
Poſt clades aliquot, bellum damnavit, & omen
a *Nominis arripiens, ſectandum ſuaſit amorem:*
Famoſamque dedit, per Teutona littora, Sectam.

Pax hæc concluſa eſt Anno 1536.
Præfecturam adeptus eſt Anno 1540.
Buranus ſuccurrit *Cæſari* Anno 1546.
Menno Symons Paſtor in *VVytmarſum, Anabaptiſta* factus, bellum omne prohibuit, & *Sectæ Mennoniſticæ* nomen dedit.
a Menne Amorem ſonat.

IOANNES DE LINGE COMES ARENBERGIVS.

PRæfectus Friſiam *Comes* Arenbergius, *æquo*
Iure regens; Actis fidei ſolennibus, ipſe
Præfuit, & domini ſignavit nomine Regis:
Libera ſex denos ſub quo gens floruit annos.
Sed poſt diſsidijs turbantibus omnia ſacris,
Conſcripto ad Bergum *numeroſo milite, primum*
Attonitos iuſsit Friſia *decedere* Geuſas:
Per quos ipſe tamen, ſuperatus ad Heiligelæam,
Naſſovi *occubuit* Ludovici *poſtea ductu:*
Fratre Stygi pariter miſſo victoris Adolpho.

Præfecturam adeptus eſt Anno 1548.
Friſiq́; Philippo Regi juramentum præſtiterũt. Anno 1550.
Arẽbergius Geuſas Friſia excedere compulit. Anno 1567.
Cæſus eſt, cum *Adolpho Naſſovio, Ludovici* fratre, Anno 1568.

CAROL. BRIMEVS, COMES MEGANVS.

CAſtra, *Gubernator generalis,* Geuſica, Belgi,
Circa Amaſũ, Albanus *fudit; Comitiq; Megano,*
Friſica *commiſit*, Geldrorum, *fræna*, Toparchæ:
Qui gentem, in multa pace, eſt moderatus utramque.
Vrbs ornata, novi, ſacra, Leovardia, *Sede*
Præſulis; & ſacræ Sede eſt ornata Gronenga,
Primus huic humili fratrum de gente Minorum
Præfuit Antyſtes Ioannes Knyſius, illi
Cunerus Petri, *lauro præſignis uterque:*
Exul Agrippinæ *pius hic cubat, ille* Gronengæ.

Albanus, cæſis hoſtibus, *Comitem Meganum* Geldriæ Toparcham *Friſiæ* quoque præfecit Anno 1568.
Epiſcopatus hi à *Paulo* P.P.4. erecti ſeu conſtituti ſunt Anno 1559. *Molan.* in Chronicis.
Cnyſius Gronengã venit Anno 1569. *Cunerus Leovardiam*, anno ſeq. *Cuner. Colon.* exul obijt.

Q ÆGIDIVS

ÆGIDIVS BARLEMONTIVS BARO DE HIRGES.

Præfecturam adeptus eſt Anno 1571.

Otto Schouwenburgius. *Geuſarum* in *Friſia* Prefectus Anno 1572.

Caſpar de *Robles*, *Baro Billæus* Præfecti *Hirgij* Vicarius Anno 1572.

Geuſæ fuga ſibi conſuluerunt Anno 1572. Die 23. Novembris.

P*Rafectus Regimen ſuſcepit ut* Hirgius, *ipſos*
Sacra furens iterum commovit Factio Belgas.
Invaſit Friſiæ *tres* Schouvenburgius *urbes*,
Et Stavoram *cinxit Præfectus* Geuſicus *Arcem.*
Sed Baro Billæus *ſua Caſtra Vicarius* Hirgi
Miſit, & obſeſſis ſuccurrit nomine Regis.
Quin hic Coldomij, *veterano milite*, Geuſas
Tirones valide cædens, Slotiſque, Ripæque,
Doccomijque; *ſuis tandem diffidere rebus*
Compulit, & media diſperſos cedere bruma.

CASPAR. DE ROBLES BARO BILLÆVS.

Præfecturã adeptus eſt Anno 1573,

Conſilio induſtriaque D. Preſidis *Igrami* ab *Achelen* aliorumque Magnatum *Friſiæ* Anno 1574. *Bartoldus Entens*, erecto ad *Oſmobornam* Fortalitio, à *Friſiis Billæo* Duce, ex pulſus eſt, Anno 1576. *Billæus Groningæ* Captus 1576.

B Illæus, *vigili, fultus præfectus*, Igramo
Præſide, inundatam Friſiæ *iam ſæpius oram*
Viſit, & inſigni communijt aggere littus,
Quod, de Bilthiaco, Maccum *protenditur, agro.*
Sæpe rates ſuperans hoſtiles, ſæpe repellens;
Navibus Enchuſam *tectis tentavit; &* Entens
Ceſsit ei pugnax, ad Dongrica *littora victus.*
Sed mox Gandenſi *confecta pace*, Gronengam
Venit, & à proprio poſcenti milite nummos
Dura tulit, grandi ſpoliatus, vincula, gaza.

Ordinum GUILHEL. NASSOVIUS PRINCEPS AURAICUS,
Regis GEORG. LALANVS COM. RENNENB.

Miſſus eſt Anno 1577. *Maximili. Boſſovium* competitorem habuit. Germani excedere coacti Anno 78. a Obſidio *Gronengenſis*. ob cladẽ hanc, à *Geuſis* ſoluta eſt, Anno 1580. *Rennenbergius Oldenſaliam*, & loca quædam *Friſiæ* maritima occupavit Anno 1580. *Vigbold.* ab *Euſum* miſſus à Principe *Auraico*, Ordinũ *Friſiæ* Præfecto, *Stenvica* ſuccurrit, Anno 81.

C*Oncilio miſſus cum* Rennenbergius *heros*
Appulit, à Statuum: Friſio *mox ære ſolutus*
Belgicus *exceſſit miles: ſed Teutonus Armis*
Obrutus, & Campos; *& te* Daventria *liquit.*
Inde premens Geuſas,[a] *cinctus Comes ipſe Gronẽgæ eſt,*
Subſidiumque eius clade Hardenbergia *ſenſit.*
Omlandis *domitis, per quod*, Saliiſque *vetuſtis*,
Stenvica *obſeſſa, litus* Maccum *uſque ſubegit.*
At Princeps, Equitem, mittens Auraicus; Euſum,
Cedere cum Caſtris trepidantem! compulit hoſtem.

Regis FRAN-

Regis. FRANCISCVS, VERDVGIVS DOMINVS DE SCHENGE.
Ordinum. GVILHEL. LVDOVICVS COMES NASSOVIÆ.

NOrthormi *ipſe ingens fudit* Verdugius *agmen*,
Sed Duce Cãmmenga Wynſchoto *depulit* Euſum:
Et Taxi *auſpicijs* Stenvicam *ſubdidit: aſtu*
Qui quoque Zutphaniam, *qui te* Daventria *cepit*;
Triſteque geuſiaco *replevit ſanguine* Boxum:
Ruricolas abigens, ſed contra fœdera quoſdam,
Verdugi *ſignata manu*. Naſſovius *autem*
Oppida, *Præfectus, tantum non iſta recepit*,
At quoq́; Delfſylam, *Caſtrumq́;* Covordiæ, *& ipsã*
Suppreſſit, veteri cum Relligione, Gronengam.

Præfecturam adeptus Anno 1581.
Cecidit hoſtium 2000 & cepit vexilla 36 *Titus Cammenga* fugavit *Euſum*. *Stenvica* capta eſt Anno 1582. *Zutphania* 83. *Daventria* 87.
Fœderati in *Boxum* cæſi Anno 86.
Guil. Naſſ. Ord. Friſ. Præf. ſub. *Maur*, *Duce* hæc rurſum occupavit.

FREDER. COM. DE BERG BARO BOXMERIVS.

DE Berg *præluſtri*, Fredericus, *Stemmate natus*
Felici, *in* Friſiam, Bruxella, *Sydere*, *tendens*,
Prævalido cinctæ ſuccurrit milite Grollæ:
Arvaque pacavit miſeris turbata Colonis.
Verum à Cognatis (*amiſſo rure* Tubantum)
Poſt Lingæ *obſeſſus*, *Caſtro vi pulſus*, *& urbe eſt*.
Bruxellam *Archiducis ſed iuſſu venit*, *& iſtic*
Militiæ eſt ſummi decoratus honore Magiſtri:
Cingentemq́; Ducis Sylvam *Dux reppulit*, *hoſtem*;
Atque urbem, *inſigni*, *ſervavit*, *laude*, Thenenſem.

Præfecturam adeptus eſt Anno 1595.
Grolla ab obſidione liberata Anno 95.
A *Mauritio* & *Guilhel. Naſſovijs*, tota *Tubãtia*, & *Linga* urbe ejectus eſt, Anno 1597.
Factus *Marſchalc.* (ut vocant) militiæ. *Sylvæducenſes* obſeſsos liberavit. Anno 1601. & *Thenenſes* contra tumultuantes defendit Anno 1594.

PHILIPPVS DE CROY. COMES SORANVS.

DVm Comes, *Archiducũ*, Fredericus, *nomine*, *Caſtra*
Belgica *apud* Flandros *regeret*, *Dux* Spinola *fultus*
Sorano *illuſtri* Comite, *ac Heroe*, vetuſtos
Subjecit Salios, *& fortis mœnia* Lingæ.
Sedemque hic belli figens, *loca plurima cepit*
Cis Rhenum, *ac ultra:* Grollamque *reprendere* Geuſas
Conantes repulit; Bucquoio *adjutus*, *& ipſo*
Sorano, *Friſicas*, Linga *educente*, *Catervas*.
Sed Pax Iuſtitiæ tribuens mox Oſcula, *bellum*
Suſtulit, *& bis ſex ſunt pactæ Induciæ ad annos*.

Ambr. *Spinola* Dux belli cum *Sorano Comite*, ac aliis heroibus in *Friſiam* miſſus, *Oldenſaliam*, *Lingamque* & loca quędam, alia occupavit. Anno 1605.
Soranus cũ milite præſidiario, cui in *Friſia* præerat, *Duci Spinolæ*, *Bucquojoque* Vicario ejus, *Grollæ* obſeſſæ ſuccurrentibus, auxilio venit Anno 1606.
Inducijs pactis, cæptũ eſt agi de Pace an 1607 ſed Induciæ annorũ 12 cõcluſæ ſunt an. 1609.

APOSTOLI FRISIORVM S. ÆGISTVS

Vide *Tacitum* Annal. lib. 13.

OB *vacuos agros, deſertaque rura* Tubantum
Cum lis orta foret; rerum potiunte Nerone;
Forte duos miſit Legatos Friſia Romam.
Hi ſacra converſi ſunt per miracula Petri;
Atque inde in patriam (ne gratia tanta veniret
Tardius) Ægiſtum *reduces duxere ſodalem;*
Vnum è Diſcipulis Domini: qui prima ſalutis
Per Friſiam, *tenui, diſpergens ſemina, fructu,*
Saxoniam *petijt*: Bardevicique *peremptus,*
Martyrio, Signis, & ſacra claruit Vrna.

Cappid. in Eccleſiaſtica *Friſia* hiſtoria. *Crantzius* ejus meminit lib. 1. Metrop. ſed nomen non exprimit. *Verner.* de laude Antiq. *Saxoniæ.* Reliquias ejus adhuc ſupereſſe ſcribit Anno circiter 1500.

S. KONIOCHVS.

Suff. de Script. *Friſ.* Dec 4. c. 1. Chron. *Hollãdiæ* Diviſ. 2. cap. ult.

A Francis, Friſonum Beroaldo *Rege necato;*
Sãctus Agrippinæ Cunibertus *Epiſcopus urbis*
Trajectum *obtinuit*, Dagoberti *munere Regis.*
Cui tum Koniochus *cum Suffraganeus eſſet,*
Vir pius, ac ſapiens, ab eo tranſmittitur iſtuc:
Gentileſque docens, Friſiæ *fit Apoſtolus alter.*
Hic primum invertens Traiecti *Phana Deorum;*
Conſtituit Didimo *ſacra Oratoria* Thomæ;
Quæ tamen, inſtinctu Cacodæmonis, impius ille
Rex iterum, capta, Radbodus *diruit, urbe.*

Guilhel. Heda de Epiſc. *Trajectenſ.*

Cornel. Kemp. li. 3. hunc Martyrem facere videtur: Vt & *Ioan. Becanus*, ſed perperam.

S. ELIGIVS.

Feſtum celebratur 1. *Decembris.*

FAbrili Eligius *Præſul celeberrimus arte,*
Martini, Bricti, Dioniſi *Martyris, atque*
Plura alia, auratis, Divorum corpora, thecis,
Clauſit; & ingenti Quintinum *luce refodit:*
Magna pijs addens paſſim miracula factis.
Quin Flandros *adiens,* Andovarpoſque *vetuſtos,*
Ac Friſones; *miro docuit conamine* Chriſtum.
Vincla reis ſoluit; ſoluitque à morte, peremptos;
Spes inopum viguit; captivorumque redemtor;
Læta operans vivus Noviomi *læta ſepultus.*

Surius de Sanctis tom. 6

Audoenus Epiſc. *Rhotomagenſis* coætaneus ejus, lib. 2. cap. 3. & 8. Pars reliquiarum conſervatur *Brugis* in Æde *Salvatoris.*

S. WILE

S. WILERIDVS.

SChiſmata Eboraco propter Paſchalia cedens,
Romanam petijt Wilfridus Epiſcopus urbem:
Pontificum ſumma cauſam dicturus in Aula.
Sed Chriſto, in Friſiam, ductore, favonius ipſum
Detulit, ad veteri cognatam ſanguine gentem.
Cui ſacra divinæ promens oracula legis,
Ardua Catholicæ fidei myſteria pandit;
Non ſine multorum, Brumali tempore fructu.
Porro abiens Romam, ſurgenti vere receſsit,
Obtentaque, ſuos, cauſa, remeavit ad Anglos.

Feſtum celebratur 12. Octobris.

Beda hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 5. cap. 20.

Corpus ex Ripo Monaſterio VVigorniam tranſlatum eſt.

S. WIGBERTVS.

VVilfrido in patriam, deciſa lite, reverſo,
Quũ magna audiret. Friſico, Wigbertus, in agro,
Quod Fidei meſsis, nulluſq; operarius eſſet:
Pergere eo ſtatuit. ſed tum regnante Tyranno,
Pene duas inibi fruſtra ſudavit ariſtas.
Vnde accerſitum Socios ijt: atque recurrens;
Medeæ everſis, Foſtæque immitibus Aris,
Ipſum adijt rurſus, conſtanti pectore, Regem:
Sed Friſiis aliquot converſis, ſuſtulit atra,
Regis, eum, iuſſu, trux Foſtælandia, morte.

Feſtum celebratur 13. Auguſti.

Radbodus Tyrannus ſucceſserat Adgillo patri ſuo viro bon. Beda Eccleſ. hiſtoriæ. lib. 5. cap. 10.

Kemp. ex Vorp. lib. 3. c. 8

S. WILLEBRORDVS.

TRaiecto, Britonũ, cum Willebrordus, ab oris,
Appulit, undeno ſtipatus milite Chriſti:
Bella ſtatim movit vitijs; Idola fugavit;
Duraque mirandis, Friſiorum pectora, Signis
Lenijt: oppreſſos à peſte, aut Dæmone, ſola,
Cum precibus, ſanans benedicta ſæpius unda.
Quin potum Socijs ſicca produxit arena;
Inflictumque ſibi nuda cute reppulit enſem.
Romæ eſt ſacratus; Traiecti ſedit, & Aedem
Struxit: opemque ferunt Epternaceuſibus oſſa.

Feſtum celebratur 7. Novembris.
Beda Eccleſ. hiſtor. lib. 5. cap. 11. & 12.

Conſecrata ab eo hoſtia, adhuc Embricæ conſervatur.
Sur. de Sanctis Tom. 6

A Sergio Papa An. 696.
In Ducatu Luxenburgẽſi

 S. SVID-

S. SVIDBERTVS.

Feſtum celebratur 1. Martij.

S. *Marcell.* in Vita ipſius.

S. *Ludgerus* de Canonizatione ipſius.

VVerda Caſ. ad *Rhenum.*

STirpe *Ducũ* Friſiæ, Wilbrordo *ſanguine iunctus:*
Prima Waterlandis, Suidbertus, *ſemina vitæ,*
Duerſtediis *iecit*, Teiſterbantiſque *vetuſtis:*
Phana Deûm Præſul mutans in Ovilia Chriſti.
Nec non Bructericis, *&* Brunſuicenſibus *arvis,*
Mira, amplam Domino meſſem, virtute, paravit.
Carcere eum eduxit bonus Angelus: ipſeque claudos,
Contractoſque aliquot, preſſoſque à Dæmone ſanans,
Reſtituit vitam ternis, & lumina multis,
Anginamqe cubans Werdæ *compluribus aufert.*

S. ACCA.

Feſtum celebratur 30. Novemb. iuxta Martyrol. *Antonij Geni.*

S. *Marcell.* in vita S. *Suidberti.*

Beda Eccl. hiſt. lib. 5. cap. 21.

I*Nter* Apoſtolicos, *Paſtor venerabilis*, Anglos,
Acca *gregem Domini per ſacra novalia ducens,*
Cum vigil in Friſia *paviſset quatuor annis,*
Gentileſque Lupos fidei virtute fugaſſet,
Suidberto *in patriam ſancto Comes ivit, & iſtic*
(Ad Friſios *illo redeunte Antiſtite) magni,*
Ob ſacra, Pontificis Wilfridi, *iuſſa remanſit.*
Per quem ſe digno mox condecoratus honore,
Auguſtaldenſi *eſt præfectus Præſul Ovili:*
Fataque poſt multos ſubijt laudanda labores.

SS. WILIBALDVS ET VNIBOLDVS.

Feſtũ S. *Richardi*, *Lucæ* in *Italia* mortui colitur 7. Febr. Baron. tom. 9.

S. *Marcell.* in vita. S. *Suidberti.*

Feſt. S. *VVilibal.* 7. *Iulij.* Fratris 18. *Decemb.* Sororis vero 4 *Auguſti* *Molanus* de Natalibus SS. *Belgij.*

Reliquię *Furnas* tranſlatæ ſunt à *Balduino* ferreo *Flandriæ* Comite Anno 870.

H*I, Divo* Anglorum, *prognati, Rege* Richardo,
Cum modico Friſios *docuiſſent tempore, fratres,*
Ad Miſnos *properant, ad* Saxones, *atq;* Thuringos,
Teutona *Apoſtolico recreantes pectora verbo.*
Primoque Eicſtadii Wilibaldo *Præſule facto.*
Mox Heidensheimi *fratrum fit iunior Abbas.*
At ſoror illorum ſacras Walburga *puellas*
Rexit, & Eichſtadii *recubans ſtillavit Olivum.*
Quin ipſa, et fratres, poſt vecta Cadavera Furnas,
Crebra precum meritis pepererant gaudia Flandris.

SS. EWAL

SS. EWALDI, ALBVS, ET NIGER.

Aeleſti virtute pares Ewaldus *uterque,*
Veſte, ac Altari (quod erat portatile) ſacro;
Tencterícos *ſaltus, & ſepta paludibus arua*
Lata peragrarunt, Vrbi vicina Gronengæ.
Cumque hic exili fructu, pia dogmata, duro
Suaſiſſent populo; ſeſe ad Benthemica *iunctim*
Prædia verterunt; fontemque è rupe, ſacratis,
Traxerunt, precibus; dumque ipſum vincere Laræ
Forte ſtudent Satrapam, clam ſunt à plebe necati:
Corpora Agrippinam *ſed (prodita lumine) vecta.*

Feſtum celebratur 3. *Octobris.*
Beda Eccleſ. hiſtor. lib. 11.
Suff. de Script. *Friſ.* Dec. 5. cap. 1.
Varnerus in Faſciculo temporum.
Vſuardus in Martyrolog..
Capita fuerũt *Monaſt. Veſtphaliæ* ſed ab Anabap. abiecta,

S. LEBVINVS.

Erpetua Anglorum Lebuinus *gloria Patrum,*
Circa Iſalam, Friſiæ *priſcis ſub Regibus, amnem.*
Sacra ſalutiferæ pandit myſteria legis.
Intrepidus Statuum, portans librumque, Crucemque,
Conventus adiit; multos convertit, & AEdem
Erexit geminam: quarum fuit altera Wilpæ,
Altera Davonis *cuiuſdam in nobilis agro;*
Vnde urbs, ut referunt, traxit Daventria *nomen.*
Divo ubi monſtratus Ludgero *Cælitus, ipſe*
Poſt quoque, multijuga, recubans, virtute, refulſit.

Feſtum celebratur 12. *Novemb.* Tranſlatio vero 25. *Iunij.*
Hucbaldus in Epiſt. ad S. *Albricum* Epiſcopũ.
Vitæ Patrum *Coloniæ* excuſę Anno 1583.
Adr. Barlandus.
Ioannes Molanus.

S. WERENFRIDVS.

Ente Werenfridus *veteri prognatus eadem,*
Cognatos, parili, Friſios *inviſit, amore:*
Deſtructiſque Deûm fœdis Altaribus, uni,
Pura, ſecus Flevum, *docuit libare Tonanti,*
Sacra: ſed & Batavos *huc* Weſterfordiæ, *&* Elſtæ,
Flexit; ubique, potens verbo, ſigniſque, vel ipſum
Vſque etiam adferetrum: nam cum lis eſſet, in utro
Deberet recubare loco; fuit urna, gemellis,
Ipſius (Arcæ inſtar Domini) commiſſa iuvencis;
Vectaque in Elſtenſem, *Paſtor quam rexerat, Aedem.*

Feſtum celebratur 14. *Auguſti*
Habitabat in pago *VVarvarshoff* Id eſt *VVerenfridi* Aula: prope *Medenblicũ.* Chron. *Holl.*
S. *Marcell.* in vita S. *Suidberti.*
Vitæ Patrum *Colon.* excuſæ, Anno 1483.

S. ADEL-

S. ADELBERTVS.

Feſtum celebratur 25. Iunij. Deiri, populi in Anglia, teſte Beda. Primus Archidiac. Traiectenſis, & Oſvaldi Regis ac Martyris in Edilbaldo filio Nepos. Egmondani Cænobii initia.

Regio Adelbertus Deirorum ſanguine cretus,
Commiſſum Fidei nolens abſcondere pondo,
Fidus, ad Occiduos, Traiecto, Friſones, iſtud
Detulit, & magno diſperſit fœnore Chriſti;
Præſertim Egmondæ. Converſo, nempe, ſupremo
Rege ibi Friſiadum, multiſque è plebe; Sacellum
Condidit, ac ſacra Domui primordia iecit:
In qua tot ſancti Proceres; dia oſſa Ieronis,
Atrucibus cæſi Danis; hicque ipſe Levita,
Mirandis viguit, vivuſque, & mortuus actis.

Feſtum S. Ieronis 27. Auguſti, cæſus Nordovici Anno circiter 900 Molanus. Medelocenſes in vita ipſius.

S. MARCELLINVS.

Feſtum celebratur 14. Iulij.

Vltimus Aſtra adijt ſacra Marcellinus, eorum
Militū, in has duxit quos Willebrordus arenas.
Hic Friſones, Marſos iuxta, Salioſque vetuſtos,
Ad Vidri erudiens bis ſeptem brachia luſtris,
Roris Apoſtolici ſacrato fonte rigavit.
Leproſos querulo poſcentes aſſere numum,
Donato Cyati, mundavit, nectare, binos:
Somniaque exponens prædixit plurima vates
Mira: ſed & ſcriptis etiamnum vivit & eius,
Vrbs gaviſa, ſacro, ſæpe eſt Daventria, buſto.

S. Ludgerus, de Canonizatione S. Suidberti.

VVerdenenſes in vita S. Ludgeri.

S. VVLFRANNVS.

Feſtum celebratur 20. Martij.

Vulfrānus Friſiā Senonenſis Epiſcopus intrās,
Radbodum humano placantem ſanguine Regem
Vt reperit Divos; Ingemarum, atque Turinum,
Oblatos pueros medijs ſervavit in undis:
Petri inſtar gradiens ſiccis ſuper æquore plantis.
Onnonemque ſuæ ſuſpenſum in flore iuventæ,
Poſt geminam, fuſa, vivum, prece, reddidit horam.
Atque ita convertens tinxit babtiſmate multos;
Immiſſumque pedem fonti Rex ipſe retraxit:
Sed Fontanellæ eſt, & Præſul, & Onno ſepultus.

Ionas Fontanellenſis, in Vita ipſius quę extat apud Surium Tomo 2. Hunc Exteri vocant Ovonem ſed perperam ut liquet ex Suff. Kemp. & aliis. Corpus Epiſc. Gandavum poſtea tranſlatum eſt Molanus.

S. GAN-

S. GANGVLPHVS.

BVrgundo *heroum* Gangulphus *Stemmate natus*
Feſtum celebratur 11. *Maij.*
In Friſiam *ſocio* Vulfranno, *venit, & iſtic*
Chriſtiadum *fundans* Oſtwoudę *primitus Aedem,*
Chron. *Holland.* Diviſ. 3. cap. 27.
Fauſta ſalutaris diſperſit ſemina meſſis.
Cumque Medenblici *tota ſudaſſet ariſta,*
In patriam rediijt: ſed mœcha uxore remota,
Sur. de Sanctis Tom. 3.
Vulnus atrox ipſi lethale inflixit adulter:
Qui dedit horribilem, diffundens viſcera, pœnam.
Apud *Florinenſes* quoque miraculis claruit. Teſte *Gonſone Abbate.*
Martyr at hic adijt, ſumpta, pia Regna, Sinaxi:
Fama operum paſſim, Varennæ *funere clarus.*

S. ENGELMONDVS.

FRiſigena *genitus patre* Engelmõdus *ab* Anglo,
Feſtum celebratur 21. *Iunij.*
Sacratos habitus Benedicti *ſumpſit, &* Abbas
Chron. Holl. Diviſ. 3.
Effectus, valido flagrans pietatis amore,
Cunctorum exarſit miro fervore ſalutem.
Fauſta igitur, priſcos, adiens rate, Friſiabones,
Friſiabones hodie *VVaterlandi.*
Alma pio docuit Fidei myſteria Zelo:
Molanus de natalibus SS. *Belgij.*
Nec ſignis ea caſſa ſacris: è colle præalto,
Elicuit ſiccis nam Caninefatibus *undam.*
Caninefates hodie *Kennemarij* Populi circa *Harlemiam.*
Curavit precibus morbos, dentiſque dolores
Suſtulit; & Velſæ *miranda ſplenduit urna.*
Reliquiæ *Harlemiam* tranſlatæ ſunt.

SS. VVIRO, PLECHELMVS ET OTGERVS.

VIro *pius* Schotico, Schotico Plechelmus *ab* (*orbe*
Feſt. S. *VVironis* celebratur 8. *Maij.*
Præſul, at Otgerus Britonũ *de gẽte* Levita;
S. *Plech.* 15. *Iul.* S. *Otgeri* 10. *Septemb.*
Roma *cum reduces ad* Ruræ *littora,* Matris,
Sur. de Sanctis. Tom. 3.
Monte ſuper Petri, *Statuiſſent Virginis Aedem:*
Trajectum *properant, ſed per Synodalia iuſſa,*
Vitas SS. *Plech.* & *Otgeri* conſcripſit *Cappidus Staurienſis,* teſte *Suffrido.*
Sunt miſſi ad varias, Socijs comitantibus, oras.
Geldrica Wiro *adijt*, Plechelmus *rura* Tubantũ,
Et verbi Otgerus *divini Præco* Gronengam.
Nunc Salij *veteres* Plechelmi *corpore gaudent,*
Salij veteres. Vulgo *Oldenſalienſes. Molanus* de Natal. SS. *Belgij.*
Trajectum *reliquis,* Ruræmonda *atq;* Gronenga.

Feſt. celebratur 5. *Iun.* Tranſlatio vero 5. *Iul.*

S. *VVilebald.* in vita ipſius quæ extat apud *Caniſium* tom. 6.

Othlonus in vita ipſius quæ extat apud *Nic. Ser* 3. 3. mart. paſſus eſt An. 755. a *Vorp.* l. 2. *Kemp.* li: 2. oculatus teſtis. Sed hæc omnia, cum Reliquijs 40. ſocior. diſtracta & diruta ſunt, Anno 1580.

Aula Dei hodie *Leovar.* *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 2. cap. 6.

Alb. Crantz. Metr. li. 1.

Cappid in Eccleſiaſtica *Friſiæ* hiſtoria.

Feſtum celebratus 26. *Martij.* Dæmones fugavit, Crucem manu erigens & dicens: Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, Pſalm 68. *VVardenenſ.* in vita ipſius *Surius* de Sanct. tō. 2.

a Hinc eſt, quod cum anſere pingitur.

Molan. de natal. SS. *Belg.*

S. BONIFACIVS CVM SOCIIS.

VRbis cum Mogoni *Præſul* Bonifacius *eſſet*;
Trajecti *Cathedram conſcendere maluit, ut tam*
Friſones *ætherea, quam* Teutones, *inderet Arci.*
Sed paſſim multis ſacro iam fonte renatis,
Doccomij *dum forte manus imponere vellet*;
Cum quinquaginta, Martyr præſignis, & uno,
Concidit: ac magno Fuldam *tranſvectus honore eſt.*
Aſt Euangelicus codex, [a] *Stola ſacra, Calixque,*
Paneſque in lapides verſi, fons dulcis, & ipſum,
Hic, Cranium, Fidei teſtes manſere, Neciſque.

S. VITO SEV VIHO.

VITHO *Dei genitus (paſſim* Viho *dictus) in Aula*
Trajecti *didicit phraſis ornamenta latinæ*
Græcaque; & Fidei iuxta primordia iecit
Catholicæ; teneros ſuperans virtutibus annos.
Quæ ſimul ac patriæ pius impartire ſategit,
Cæſaris eſt iuſſu cœpto revocatus ab ipſo;
Atque Oſnabruggæ *præfectus Epiſcopus urbi.*
Quam primam, inſigni Doctrinæ laude, Cathedram
Saxoniæ, *decorans, ſic eſt moderatus, ut eius*
Oſnabrugga *Rogum iactet*, Leovardia *Cunas.*

S. LVDGERVS.

LVdgerus Friſonum *claris natalibus ortus,*
Doccomio *Paſtor ſeptenis præfuit annis*:
Ad ripamque Amaſi Chriſto *ſudavit utramque.*
Dæmonia exegit Cruce Foſtælandia, *ademptam*
Reſtituit vitam binis, & lumina binis;
Veſtphalaq; *Anſeribus (fama eſt) ſylveſtribus* [a] *arva,*
Reddidit æternum lætis purgata Colonis.
Sacra Monaſterj *quin munia primus obivit*
Præſul, & expirans miro cum lumine, gratum
Mortuus è loculo diffudit Warthinæ *odorem.*

S. HILDEGRINVS.

LVdgero *in* Latium *fratri*, Hildegrinus *cunti*,
Fit Comes; & Divi venerato Corpore Petri,
Cognatum acceſſit, Caſſino *in monte ſacrato*,
Ditmarum *Abbatem: biniſque ibi degit ariſtis.*
Hincque redux patriam cum fratre reviſit, & almo,
Tum Friſios Chriſtum *docuit, tum* Saxones, *ore.*
Vnde Selengſtadio *donatus Epiſcopus urbi*
Primus, inaudito populi ſuſceptus amore eſt.
Quin Halberſtadium *(tranſlata Sede) parentem*
Hunc vivum coluit; ſenſit poſt fata patronum.

Feſtum celebratur 19. Iunij.
Vorperus Thaborita lib. 2. cap. 23.
Molanus de Natal. *SS. Belgij*
Selengſtadij Anno 40. *Halberſtadij* vero 7. ſedit *Crantz* Metro. li. 1. c. 3. *Caſpar Bruſchius* In Catalogo Epiſ. *Halberſtad.*

S. WILLEHADVS.

S*Anguine* Willehadus friſio *prognatus ab* Anglis
Doccomij *primo Templũq; Scholamq; gubernans,*
Commiſſo ingenuam docuit cum Cive Iuventam.
Inde Amaſum *tranans, ipſumque* Viſurgin, *ubique*
Docta ſalutiferi profudit flumina Verbi:
Totaque ei ſacro tincta eſt Vimodia *rore.*
Quare etiam primi Diademate Præſulis auctus,
Bremenſem Friſiæ *Cathedram conſcendit eoæ.*
Cæli ubi Clavigero conſtructa primitus AEde.
Vrbem Armis vivus decoravit, mortuus urna.

Feſtum celebratur 8. Novembris.
Cornel. Kemp. lib. 3. cap. 24.
Crantz. Metrop. lib. 1. cap. 6, 7, & 8.
Brema clavem pro Inſigni habet.

S. ANSCHARIVS.

ANſcharius Lavicã Wardenæ *natus ad Amnẽ,*
Hamburgo *haud primus tantũ Archipiſc. urbi*
Sed quoque pagano eſt ſacratus Apoſtolus, omni
Trans Albim *populo, borealia Regna colenti.*
Dum vero ablueret (Friſiæ *cum gente minoris,*
Mundato Erico Danorum *Rege*) Suecos;
Trux ſubit Hamburgum *miles* Normannicus: *unde*
Bremam *abit, ac iſtic, à ſummo Præſule, binis*
Vnitis Cathedris, mitra decoratur utraque:
Primitijs felix Hamburgum, *funere* Brema.

Feſtum celebratur 3. Februarij.
A *Drogone Metenſi* Epiſ. Auctoritate *Gregorij* PP. 4. *Molanus*
Friſii Minores: Hodie *Strantfriſij* & *Eydorenſes* *Saxo* Grammaticus lib. 9.
Crantzius Metr. lib. 1. c. 23. Cathedræ unitæ ſunt à *Nicol*, primo Pont. Max.

S. REMBERTVS.

Feſtum celebrtur 11: Iunij In quibuſdam locis 4: Februarij.

Suff. de Script. Friſ. Dec. 7. cap. 1.

Surius de Sanctis tom. 1. Crantz. Metrop. lib. 2. cap: 10.

Bavo Corbeienſis. Vbbo Emmens

VNitum Anſcharij Bremæ *Cognatus Ovile*
Rembertus *moderans*; Friſios *ad ſacra relapſos*
Ethnica, Sclavorum, Normannorumque *furore:*
Fausto, reſtituit Fidei, conamine, rectæ.
Nec ſine prodigijs: nam caſſum lumine quendam
Sacro confirmans ſanavit Chriſmate Præſul.
Expulit è gnato Francorum *Dæmona Regis:*
Et dubie ad Nordam *Friſiis pugnantibus, ultra*
Dena, ſuis precibus, Danorum *millia, fudit:*
Chriſto *animam reddēs gratam*; Bremenſibus *oſſa.*

S. FREDERICVS.

Feſtum celebratur 18. Iulij.

Vide Tractatum eius de SS. Trinitate apud Vorp. lib. 2. cap. 32.

Becan. Heda. & multi alij.

Molanus de natalibus SS. Belgij.

REgali Friſonum Fredericus *ſanguine natus,*
A Fide ut accepit patriam deciſcere vera,
Peneque ad antiquum gentileque dogma reverti:
Ivit eo, ſectas Arri *eruit, atque* Sabelli;
Catholicamque Fidem ſcripto reparavit, & ore.
Sed quoque Mattiacis *in finibus extitit alter*
Baptiſta, illiciti tollens Connubia Lecti:
Vnde inceſta fremens Lodovici *Cæſaris uxor,*
Confodi hunc, ipſa, Trajecti *fecit, in Aede:*
Fulſit ubi Signis, & Tumba Martyre digna.

S. ODVLPHVS.

Feſtum celebratur 12. Iunij.

Sur. de Sanctis. tom. 3.

Vorper. lib. 2. cap. 32. & 33.

Conſcriptum à S. Frederico: non ab ipſo ut quidam putant.

TRajecto *in Friſiā Præſul* Frederic9 Odulphū
Miſit, ut infectos, ſicut jam fecerat ipſe,
Sacra peſtiferi lepra purgaret ab Arrj:
Gentileſque Fidem prava ſine labe doceret.
Ille opus aggrediens ſolers explevit utrumque;
Stauriæ *Oves* Chriſti *ſeptena pavit ariſta;*
Cænobiumque iſtic prænobile condidit; in quo
Conſcripta Synodo, ſecla hæc prædixit iniqua
Presbyteris; Fidei dans ipſis uſque tenendum
Symbolon: ac abiens, Traiecti *conditus urna eſt.*

S. RADBODVS.

R*Ege atavo* Friſio, *magnis genitoribus, ortus,*
Cum regeret ſacrum Præſul Radbodus *Ovile:*
Traiectum *tenuit prædo* Normannicus; *Aras*
Diruit, & Clerum, ſpoliato Cive, fugavit.
Vnde novam, pulſus, ſibi, te Daventria, *Sedem*
Legit; & à Danis *ſacra ad gentilia verſos*
Retraxit Friſones, Vidrumque, Iſalamq; *bibentes:*
Tam ſcripto quam voce potens. mutavit Iacho
Tethin *ei* Deus; *&, prædicto funere,* Marſos
Ad veteres obijt: ſed habet Daventria *buſtum.*

Feſtum celebratur 29. *Novemb.* Tranſlatio vero 26. Iunij. *Sur.* de Sanctis, Tom. 6.

Vitæ Patrum *Coloniæ* excuſæ Anno 1483.

Marſi Veteres, vulgo *Oetmarſum.*

PRÆCIPVI, PRÆTER HOS APOST. FRISIORVM PATRONI.

S. MARIA MATER DEI.

V*Irgo Dei genitrix, magni ſpes altera mundi;*
Crebram mitis opem Friſiæ *Patrona gementi,*
Dante tulit Nato: magna bis Strage fugaſſe
Hollandas *acies, voto exorata, refertur.*
Vnde Metra, & Cantus veteres, ſpecialeque feſtum,
Huic rite aptatis celebrari vidimus hymnis.
Quin & Aquiſgrani *ſacras huic* Friſones *Aras*
Straxerunt peregre: Straxit Studioſa Iuventus
Lovanii; *patrijs ornans Inſignibus Aras:*
Ipſaque Trentinis Friſiæ *Stans fulget in Armis.*

Feſto peculiari à *Friſiis* coli ex voto ſolet 26. Septembris.

Semel Navali prœlio: ſemel pedeſtri, ut liquet ex Cantilena veteri: & *And. Corn.* lib. 5. Ex Relatione D. Scipinis *Crommengæ.* *Lovanij* in Æde S. *Ant.* *Trentia* olim pars *Friſiæ* *Kemp.* lib. 2. Imaginem D. Virg. pro Inſigni habet.

S. MICHAEL ARCHANGELVS.

S*Eptem Sylvarum,* Michael *Archangelus olim,*
Bellica ſubſtrato, decorans Vexilla, Dracone,
Militiæ columen, ſacro, reſplenduit, enſe.
Contra hoſtes Fidei, perque Itala *littora, bello,*
Gens Friſica *occumbens,* Romæ *olim, cũ Duce* Magno
Fortema, *in illius, voluit requieſcere, Templo;*
Hoſpitiumque ipſis prædives iungere buſtis.
Quin ſacrum, Angelica, Dux hic devotus, in AEde,
Condidit Almeni *(quæ nunc* Harlengia*) Signum;*
Signum, Friſiacæ, *quondam venerabile, genti.*

Septem Sylvani, S. *Michaelem* in Vexillis olim ſuis depictum gerebant Ex Relatione Senum. *Friſii* multi cum Duce ſuo S. *Magno* in *Italia* contra *Saracenos* occubuerunt. Vide Inſcript. Marmoris *Romæ* in Templo S. *Michaelis* erecti, ad Calcem l. 2.

Vulgo *Magnus fane*, de quo libr. 2. aliquanto fuſius.

S. IOANNES BAPTISTA.

Veſtergoa & VVaterlandia Præpoſito S. *Ioannis* ſubeſſe ſolent.

INclytus, ætherei, Præcurſor Nuncius, Agni,
Mire eſt in Friſia cultus Baptiſta paluſtri.
Traiectenſi eius Weſtergoa ſubfuit omnis
Præpoſito; Friſiæ gens ſubfuit omnis aquoſæ.

In *Schoterlandia & Vtengeradela.*

Atque eius celebres quidam ſunt nomine pagi,
Sunt Aræ, ac Ædes, & tecta Monaſtica multa:

In Comitatu *Friſiæ* Orientalis.

Quorum, præ reliquis huic devotiſſima Divo,
Pars Friſiæ extruxit, vel ſola Emſgonia, ſeptem.

Sneca & Bolſvardia, Paſtores ſuos ex Cœnobio Montis *S. Ioannis* eligere tenentur.
a *Caſ.* lib. 8.

Sneca eius coluit, coluit Bolſvardia alumnum
Paſtorem, coluit ſacra ipſius Oſſa [a] Gronenga.

SS. TRES REGES.

Heſſelus Martena, Magiſter Equitum *Barbaroſſæ Cæſaris. And. Cornel.* ex *Vlieterpio*. lib. 2.

CVm Mediolanum, Frederico à Cæſare, captum
Cura Equitum Martnæ Præfecti Friſonis, atque
Vrbis Agrippinæ præſertim Antiſtitis eſſet:

Ex Archivis *Colonienſ.*

Corpora ſacra trium, donata à Cæſare, Regum,

Archiepiſ. Colonienſis, præerat *Traiectenſi Friſiorum* Epiſcopo.

Hic ſecum Friſiæ tulit Archiepiſcopus: unde
Multa quidem, ſed non, ea, gens devotior ulla,
Vel prece, vel donis viſit quam Friſica, reddens

Vulgo, die Frieſen Straſz.

Nomen in urbe Viæ, quin Regum ſæpe figuras
Nominaque alma ſolet patrijs hæc indere poclis,

Vulgo, de Frieſche Hoorn.

Quæ terno aurato fulgebant cornea circlo.

S. PETRVS APOSTOLVS.

PEtrus Apoſtolici Princeps, & gloria, Cœtus,

Cappidus in Eccleſiaſt. *Friſiæ* Hiſtoria.

Præcipuo Friſis ſemper veneratus honore eſt:
Quippe duos, ſacro, primus, baptiſmate, tingens,
Legatos Friſonum, Romæ convertit; & illis
Ægiſtum comitem, patrias, adiunxit in Oras,
Doctorem Fidei primum: Chriſtique deinde,

a SS. *VVilleb* & *Bonif.* ac plures alij à Papa miſſi ſunt. b *Crantz.* Metr. l. 1. c Hoc Feſto nova nupta pilas palmarias domo excutit, innuptis valedicit, & in maritali Cathedra ſedē figit. Vulgo Sint Peters Ball.

Eius [a] ab hac, miſſi plures ſunt, Sede, Miniſtri.
Friſica [b] Patronum quin hunc Eccleſia Bremæ
Sacra colit: colit [c] hunc Feſto, nova Nupta, Cathedræ;
Atque pilas vagulo, mittens, valedicit Amori.

S. PAV-

S. PAVLVS APOSTOLVS.

V*As Chriſti electum, vitæ pia ſemita* Paulus,
Martyrij Romæ *cum par certamine* Petro
Eſſet, & hic, parili, Friſiis *eſt cultus, honore,*
Enſe Monaſteri Paulus *nam præſidet AEdi;*
Clave Petrus Bremæ; Friſiæ *Cathedralibus ambo.*
Priſca Monaſteri *perſtant hinc Carmina: perſtant*
Munera, cum Friſiis, *muris appicta vetuſtis:*
Ille bovem ducit, fert hic in vimine dona,
Et Paulo *varias præſentat* Friſia *gazas:*
Multa ſuo tribuens, multum devota, Patrono.

Monaſterienſi & Bremenſi Eccleſijs, tres *Friſiæ* Partes *Omlandia, Emſgonia* & *Vimodia* ſubeſſe ſolent.

Carmen Tetraſtichon Orbita Iuſtitiæ, pietatis regula, vitæ Semita, *Paule* vide quid det tibi *Friſia*, ride, Arrideque datis, teſtando quod tibi gratis, Fit teſtudo duplex, per eam, ſtudio pietatis.

S. IACOBVS APOSTOLVS.

M*Agna* Petri, Paulique *fuit, veneratio* Romæ;
Matris Aquiſgrani Mariæ *veneratio magna:*
Sed Friſonum *maior nuſquam devotio, Divi*
Quam Compoſtellæ *venerantum buſta* Iacobi.
Huius Evermarus *ſacram* Friſo *nobilis urnam*
Viſens, ante octo eſt iugulatus ſæcula Ruthis.
Huic pagi, & portæ, ſunt huic Inſignia quædam
Friſiadum; *ſunt huic compluria templa dicata.*
Huius ope, & precibus, Saracenos Friſica *pubes,*
In Syriam *tendens, urbem prope fudit* Vlyſſis.

Peregrinationes *Friſiorum* præcipuæ.

Vbbo Emmens, ex *Oliverio*, lib. 8.

Feſtum eius celebratur 1. Maij. *Molanus* de Natalibus *SS. Belgij*.

In *Bildthia*: & *Leovardiæ* Inſignia *Iuuengana, Heermana*, & *Hottengana*.

Cæſarius lib. 8. cap. 66.

S. IOANNES EVANGELISTA.

C*Aeli Aquila, & Divûm Regina Virginis umbra,*
Virgo ſalutiferi Ioannes *buccina Verbi,*
Virginibus, Monachiſque ſacris, Cleroque pudico.
Ac caſtas Aquilas Armis geſtantibus, olim
Scribitur à Friſiis *mirando cultus amore.*
Virgine, huic paſſim, cum Præcurſore, dicati
Sunt pagi, ac AEdes. Martyr Fredericus *honorans*
Traiecti *ipſa inijt Sacraria Virginis huius;*
Et proprij modulans, Cygnus quaſi, funeris hymnos;
Virgo ſuo iunxit moriens ſe Friſo *Patrono.*

Sib. Leo. In vitis *Abbatum* Horti *B. Mariæ.*

Aquilæ aves caſtæ; *Friſiorum* plærumque adduntur Inſignibus.

In *Schoterlandia*, & alibi.

Sur. de Sanctis Tom. 4. *Vorperus* lib. 2. cap. 33.

S. THO

S. THOMAS APOSTOLVS.

Guilhelmus Lindanus & nonnulli alij.

Ioannes Becanus Guilh. Heda In vitis Epiſc. *Trajectenſium.*

P*Ræ multis Fidei ſanctæ Præconibus, atque*
Legatis Domini, gemino, ſolennius ipſum,
Arbitror à Friſiis *venerari, nomine,* Thomam.
Tum quod ab ipſius Germania *creditur ore,*
Prima ſalutaris ſumpſiſſe oracula verbi:
Tum quod ei poſita Traiecti *primitus AEde,*
Iacta velut friſicæ ſint fundamenta ſaluti.
Pacis ab ipſius quin ſurgunt tempora Feſto,
Otia agunt Friſii, *ceſſat lis tota forenſis,*
Feſtiviſque dies, xenÿs falluntur, & hymnis.

S. STEPHNVS PROTOMARTYR.

SiStephanus non oraſſet Eccleſia Paulum non habuiſſet, inquit S. Auguſt.

Cantilena Friſica de *S. Stephano.*

Op hollige ſinte Steffen Op mylde Godes Drupt / Jeruſalem to da Porte / So geengmē ſlieten upt. Men worp hem mey en ſtenissen / Het slaeſk al van de beé Dit om compt Sint Steffens dey / Chriſtmoorn nu al ſo ney.
Kirioleis.

a Vulgo S. Steffens Hoorn.

C*Vm* Stephani *precibus ſancti Protomartyris, illo*
Flore ſit illuſtri, decorata Eccleſia, Paulo:
Friſica *gens almum comprimis quæſiit eius*
Priſca patrocinium: non tantum debita Feſto
Sacra canens, verum patrio quoque Rythmica metro
Carmina, præclarum Divi memorantia fatum.
Quin hæc pocla, bono, ſpumantia [a] *cornea, Cytho,*
Martyris in primi Feſto libare ſolebat
Lætius, & ſacro quaſi congaudere triumpho:
Sed pio huic mori, teter, heu, ſucceſſit abuſus.

S. MARTINVS EPISCOPVS.

Trajectenſis, Bremenſis, & *Monaſterienſis* 3. *Friſia* Epiſcopatus.

Gronengæ, ſcilic. *Sneta, Doccomÿ, Franekaræ, Bolſvardiæ,* & Ruri *paſſim.*

Anno Dom. 1015. *Adr. Barlandus.*

P*Rima, trium* Friſiæ, Traiecti *fixa Cathedra,*
Cum Patrocinio Martini *læta vigeret:*
Plurimæ ei paſſim ſacræ ſunt protinus AEdes
Per Friſiam *ſtructæ; paſſimque à plebe Patronus*
Agnitus; & magno paſſim veneratus honore eſt.
Willebrordus *eum, Martyr* Bonifacius, *atque*
Sancti alÿ Patres multum coluêre; piuſque
Præſul Adelboldus, Friſo *præclariſſimus ille;*
Qui contra Hollandos *patriam defendit, & ipſi*
Patrono inſignem Traiecti *condidit AEdem.*

S. NICOLAVS EPISCOPVS.

STauria *Metropolis, Friſia latante, beato*
Niclao, *immitis, ſacravit,* Stavonis *AEdem:*
Præſide tum quod eo puerorum cæde vacaret;
Tum quod eo, placida, frueretur, Præſide, Tethi:
Cum foret Emporium totius nobile Regni.
Sed Campi *huic, atq; his ſuccedens* Amſteledamum,
Emporia, hoc ſancto, quoque ſunt gaviſa, Patrono:
Et Cunera, *& friſico plures in littore Vici,*
Quin Doniewarſtal *pagum Prætura dicavit*
Divo huic; & paſſim ieiunavere puelli.

Suff. de Script. Friſ. Dec. 7. cap. 3.

Stauria, Campi, & Amſteledamum Friſiorum ſucceſſive Emporia S. *Nicolaum* Patronum habent.

Vulgo, S. Nyclisga: id eſt, Pagus S. *Nicolai*.

S. ANTONIVS ABBAS.

T*Olleret ut veterum cultus omnino Deorum*
Friſica *gens, ſylvis paſſim, devota, vijſque,*
Crebras impoſuit, ſacræ, Cultoris, eremi,
Antoni *AEdiculas: ipſum veneranſque fovenſque,*
Tam precibus de luce pijs, quam lumine nocte.
Quin crebra inſtituit plebis Conſortia, crebra
Hoſpitia erexit; non tantum nomine Divo
Sacra; ſed & populi, Chriſtique *algentis Aſyla.*
Louaniique *eius, pubes pia* friſica *in AEde,*
Nobile conſtituit patrijs Altare Patronis.

Vulgo, S. Tonis huyſken.

Leovardiæ, Doccomij, & alibi forte.
B.M. Virg. cum SS. *Bonifacio & VVillebrordo* Altare *Lovanij* à Iuventute *friſica* erectum eſt.

S. ANNA MARIÆ MATER.

E*Dita* Ieſſæo, Ioachimi, *germine, Coniunx,*
Chriſti *Avia, et Matris, Mater pia, Virginis,* Anna
Catholico Friſiæ *populo venerabilis uſque*
Extitit; & Superum vix ulli è gente ſecunda.
Iuncta ſuæ Nata, priſcis Altaribus, omni
Pene fuit Templo, fuit omni pene Sacello:
Præcipue Ruri, ſunt eius nomine claræ
Cænobia, ac eius clari ſunt nomine pagi;
Multaque friſiaci *perſtant monumenta favoris:*
Inque ſacras Divæ Carmen memorabile laudes.

Ecclesia in hymno de S. *Anna*.

Cænobia *Leovardiæ*, & in *Omlandia*.
In *Bildthia*. Vulgo, S. Annekerck.
Authore *Rodolpho Agricola Friſio*. Extat typis excuſum.

S. CATHARINA VIRGO MARTYR.

Friſia pietati olim, & ſtudiis admodum fuit dedita.

FRiſia *quo doctas animus puerilibus Artes*
Inderet, & ſacrum iuxta pietatis amorem;
Docta, pia, ac ſapiens foret ut Virguncula Martyr,
Exemplum teneræ voluit Catharina *iuventæ.*
Nec ſolum hæc pueris Studij pia culta Magiſtra;

Trynwolde/Oldetryne/Nyetryne/puto tamen horum locorum Etymon aliunde derivari. Ædes S. *Catharinæ* Hodie Ordinum *Friſiæ* Armamentarium.

Sed quoque puberibus paſſim venerata Patrona eſt.
Æſtrachia *huic Sylvas, huic* Stellenckwarvia *vicos,*
Nomina ni fallunt, conſecravere vetuſtos:
Portam huic, & ſacrum certe Leovardia *Templum*
Olim id, quo fruitur fera nunc Bellona, dicavit.

S. BARBARA VIRGO MARTYR.

Hæreſin *Arrÿ* in *Friſia* pullulantem SS. *Fredericus & Odulphus* extirparunt. *Vorp.* lib. 2. c. 32

NE *rabies* Arrj, *vel ſurgeret Ethnica rurſus*
Falſa ſuperſtitio, conſtans Virgo, atque fidelis,
Barbara, friſiacis *fidei ceu norma, puellis,*
Sedulo propoſita eſt & commendata Patrona:

Surius de Sanctis. Tom. 6.

Sanctam quæ triadem, ternis venerata feneſtris,
Ad mortem, irato, confeſſa eſt uſque, parente.
Vnde etiam ludos, quo mente tenacius ima
Hærerent, friſico *celebrarunt more quotannis;*

Ludos hos celebrari, ipſi vidimus.

Sacraque vicatim pueris modulantibus acta
Martyris, inſignem læti duxere triumphum.

COLONIÆ FRISIORVM.

VITHÆ SEV IVTHÆ.

Anno ante *Chriſtum* natum 308.

F*Ilius Ethnarchæ* Friſiorum Vitho *ſecundus,*
Quinto poſteaquam pater huc advenerat anno,
Duxit in uxorem forma præſtante Cumeram,

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 5. & 10.

Filiolam Bochi Cimbrorum *Regis, avitæ*
Dotatam patria boreali Littoris ora.

Suff. de Scripť *Friſ.* Dec. 1. cap. 3.

Quam Dux, & Nati, nec non coluere Nepotes,
A Beda Vithæ *vocitati, à* Saxone Iuthæ:
Namque erat externis hic ipſe binomius heros:

Ioan. Magnus, de Rebus *Gothicis* lib. 2.

Aſpera cum Danis *geſſit terraque marique,*
Bella, novis primum, non æqua gente, Colonis.

HESSI.

HESSI.

FRiſonis *illuſtri de ſemine tertia proles.*
Hetto, *novas quando patruorum viſeret Arces,*
Notitiam fecit cum nobilitate Thuringa,
Genteque Cattorum: *de qua ſibi Coniuge lecta,*
Clarum connubio populum produxit; ab eius
Nomine, quos Heſſos, *dialectus* Teutona *dixit.*
Quin humana Dijs, Friſonum, *libamina, ritu,*
Prima feris iſtic Altaribus obtulit, unde
Poſt ipſe & Deus eſt Heſi ſub nomine cultus,
Cumque truci, diros, Teutate, *accepit honores.*

Ante *Chriſtum* natum Anno 250.
Saxo & Bruno patrui *Hettonis, Saxonum &* *Brunſuitenſium* Conditores.
Suff. in bello de *Colonys Friſiorum* nondum edito. Et in Præfatione de Scriptoribus *Friſia,*
Teutates, horrenſq; feris Altaribus Hæſus. Lucanus.

SCHOTI.

SChottus *in exilium, ſocijs cum pluribus, atra*
Sorte, Nepos Friſonis, Scholtonis *filius actus,*
Primo adijt Danos; *ducta Regiſque ſorore,*
Mox hinc Armericas, Danis *comitantibus, oras.*
Ductorem Albanis *ubi ſe Prædonibus addens,*
Septem annis Belgas *miſere vexavit; & inde*
Cantabriam *binis: tandemque faventibus auſtris,*
Britones *invadens,* Albanica *ſubdidit arva;*
Et Schotiam *proprio dixit de nomine; vel de*
Sede ſua veteri; quæ Schoterlandia *noſtra eſt.*

Ante *Chriſtum* natum Anno 220.
Duxit *Vluildam, Frothonis* Regis ſororem. *Saxo Grammat.* lib. 8.
Suff. in Præfatione, de Script.

VBII SEV COLONIENSES.

VBbo *nepos* Friſonis, *materno ſanguine* Svevus,
A patre Adele *eſt, Comitatu Principe digno,*
Miſſus avo Regi: Suobbinæ *matris ut arva*
Viſeret, ac primis ſeſe exerceret in Armis.
Quo cum veniſſet, maternæ nomine dotis,
Tradita ſunt illi prope Rhenum *prædia, & Arces.*
In quibus ornandis, dilatandiſque iuventa
Friſiaca, *gentem præclaram condidit illam,*
Quam gener Auguſti *trans flumen poſt ea ductam*
Mœnibus, & foſsis, Vbiam, *munivit* Agrippa.

Ante *Chriſtum* natum Anuo 200.
Ipſe *Vbbo* de hac *Colonia* ſcripſit: teſte *Cappa Staurienſi Suff.* de Scriptoribus *Friſ.* Decad. 1. cap. 9.
Hodie *Colonia Agrippina.*

FRISII NOVI SEU FRISIABONES.

Ante Chriſtum natum Anno 120.

Suff. de Orig. Friſ. lib. 1. cap. 9.

Friſiabones, id eſt Friſiorum Coloni, bona enim, ſeu buna, veterib. Friſiis ruſticum ſonabat, in Dania vero adhuc Patremfamilias.

Chro. Holl. Diviſ. 2. cap. 31.

FRiſo *minor.* Gruno, *maioris* Friſonis, *acri*
De pronepote ſatus, Frouva *cum Coniuge, Nata*
Principis Vbbonis; *gemina inter cornua* Rheni,
Frongæſtam *ſtatuit, quam poſt dixere* Veronam.
Sumptiſque à Socero, ſumptiſque à Patre Colonis,
Deduxit veteres per rura ea Friſiabones.
Ipſe quibus Princeps; Dinaſtæque ordine lecti,
Cum quadringentis, viginti circiter annis,
Præfuerant, rexere Duces, Regeſque viciſſim
Quinque; Medenblici *figentes poſtea Sedem.*

HELVETII ET GRISONES

Ante Chriſtum natum Anno 111.

Ad mediam viam, friſice, to Hælswey / hinc forte *Helvetia*: quaſi medio ſpatio, inter *Friſiam* & *Romam*.

Suff. in libello de Colonijs *Friſiorum* nondum excuſo.

M*Artia cũ, trepidã peteret gẽs* Cimbrica, Romã,
Se Iuthæ, *&* Friſones, *ſe iunxit* Teutona *pubes:*
Feſſaq; montanis pariter ſua Caſtra ſub umbris,
Ad mediam poſuere viam: primum, unde videtur,
Helveticum friſio *manaſſe idiomate nomen.*
Quippe ex Italia, *perpeſſa clade, reverſi,*
Iſtic præcipue Friſones *manſere Coloni:*
In magnam Friſones *qui creti poſtea gentem,*
Hinc ad rura ſuos duxere Alpina *nepotes:*
Litera, adhuc Griſones, *verſa, quos diximus, una.*

HOLLANDI.

Anno Chriſti circiter 30.

Tacitus lib. 4. Annal.

Beda In vitis Epiſc. *Traiectenſium.*

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.

HOllo *potens* Friſius, *latio qui* Olennius *ore*
Dicitur à Tacito, *quum nomine* Cæſaris, *æquo*
Durius, exigeret propria de gente tributum;
Proque boum corijs, urorum tergora vellet:
Suſpenſis famulis, Flevi *eſt compulſus ad Arcem*
Confugere, & Batavos, *vicinaque Caſtra* Quiritum.
Vnde, ope Romani, *vexavit, militis, hoſtes*
Sic Friſios, *ab ijs, contemptim, tractus ut ille,*
Cœperit Hollonis *terra, aut* Hollandia *dici,*
Quem coluit Batavus, *cum* Caninefate, *vetuſtus.*

VILTI SEV VLTRAIECTINI.

Ndomita, Friſonis, *de poſteritate, minoris*,
Progeniti, mixto Sclavorum *ſemine*, Vilti;
Linquentes Helj, *cur neſcio, rura*, Moſæque:
Altius ad Rhenum *paulo aſcendêre bicornem.*
Atque ibi Romanos Antonj *ex Arce fugantes*,
Struxere ipſorum proprio de nomine Caſtrum:
Vicinumque, novis, rus implevere, Colonis.
Vltrajectini *modo qui dicuntur, ab Vrbe*,
Quam Franci *everſa Statuerunt Arce: ſacramque*,
Præſulis effecit, Friſiorum, *Papa, Cathedram.*

Vilti, id eſt, indomitie Chronica *Hollandiæ* hanc arcem ab *Antonio* cive *Romano*: *Furmerius* & alij à *Druſo Gemanico* in honorẽ *Antoniæ* uxoris ſuæ conditam ſcribunt: qui 50. caſtella in ripa *Rheni* erexiſſe legitur. *Dagobertus* 2. ex Arce Vrbem fecit.

TECOBVRGENSES.

Anno *Chriſti* 183.

Ortis Adelboldi, *cum, tempore*, Vandalus *atrox*,
Vaſtatis, Amaſum, Chaucis, *ſæviret ad amnem:*
Nocte Titus *frater vigili clam milite flumen*
Traijciens, hoſtem penitus delevit acerbum:
Vaſtaque diviſit Friſiis *victoribus arva.*
Inque Coloniolæ *Patrui ductoris honorem*,
Dux Vbbo *erexit* Titoburgum *poſtea Caſtrum.*
Nunc Tecoburgenſis, *mutato nomine paulum*,
Dicta quidem gens eſt; ſed adhuc Inſignia ſervas
Integra, Nymphæas, friſicis *umbonibus, herbas.*

Chauci, hodie *Friſii* Orientales.

And. Cornel. ex *Scharlenſe*, lib. 1.

Titoburgum conditum Anno 242.

Tria rubra Nymphee folia,

FRANCONES ET FRANCI.

ANNO CIRCITER 270.

Ntiqua illuſtris Friſiæ *incola & accola* Francus,
Vidro, Iſala, *ac* Amaſo, *nec non* Burdone *relictis*,
Armorica *infeſtans vaſtavit littora primum;*
Romanoſque *dein* Rhenanis *expulit arvis*
Franconiam *condens; pergenſq; hinc ſubdidit omnem*
Galliam, *& erexit* Francorum *nobile Regnum*,
Libera adhuc gentis, vetus ut Friſo, *nomine gaudens:*
Nam prope Franekeram *quoq; conſediſſe refertur*
Francus, *& urbs vacuo poſt ſitu ſta hæc eius in agro*,
Vnde & Franagrium *legi quandoque vocatum.*

Francos ex *Friſiis Chaucisque* originem ducere *B. Rhenanus* aſſerit. Vide *Suffrid.* de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 19.

Burdo ſeu *Borna Aeſtrachiam* olim à *Veſtrachia* dirimebat.

Adr. Iunius à libero & immuni Vulgo Frij en Franck/*Friſios Francoſque* denominatos cenſet, & unam pene gentem facit, *Bataviæ* cap 9. & alibi

Abr. Ortelius in Theſauro Chronog. *Adr. Iunius* loco citato. A *Petro Baardt* Doctore Medico, & alijs.

FRISII OCCIDVI.

Anno *Chriſti* 300.

E *Ducis* Aſconii, Didericus, *prole ſuprema*,
Radbodo, *genitus*; *Cognatis quatuor*, *amnem*,

Chron. *Holland.* Diviſ. 2. cap. 31.
And. Corn: ex Stharlenſe lib. 1.

De Stavora, *vacuos*, Flevum, *traiecit in agros*.
Gerardo Opdycum *ceſsit*, Wideneſſa Rolando;
Winckeliæ *expolijt rus* Adelboldus, *& arva*,
Bennenbroecanæ *ſua*, *iunxit* Keno, *paludi*:
Ipſe Medenblicum *ſed Dux extruxit*, *& omni*

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.

Conatu, friſicis *aptavit rura Colonis*,
Aggere confecto, ductis per paſcua foſsis:
Parva, ſed, Occidui, laudanda exordia, Regni.

ANGLI CIMBRICI.

Anno *Chriſti* 385.

B*Elliger* Hengiſtus Friſio *Duce natus* Vdolpho,
Et genita è Satrapa Vergiſto Saxone Suana:

And. Corn. ex Sclharenſe lib. 1.

Sorte Oſtraciſmi patrijs eiectus ab oris,
Cum fratre, & ſocijs, ad Balthica *tranſiit arva.*

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. c. 15. Item de ſcript. Dec. 3. c. 2. 3. & 4.
Angul. *Gothiæ* Regis filius *Ioan. Magnus* de rebus *Gothicis*.
Friſia minor, Regio hæc appellatur à *Cranzio*, & *Sax.* Grammatico.

Lætus avus Saxo *claſſem ſuſcepit, adoptans*
Mox in filiolos, magna pietate, Nepotes:
Aſsignando ſolum, Gothus *cui fecerat* Angul
Nomen, eis Socia ſemper cum pube colendum.
Qui tractum hunc, Friſiam, *dicentes inde, minorem*,
Terra ibi ſunt facti, facti ſunt æquore, clari.

ANGLI BRITANNICI.

Anno *Chriſti* 446.
Vel iuxta *Bedam* 449.

R*Ex* Britonum *preſsus*, *truce*, Vortigernus, *ab*
Anglica, *adoptatos exciuit* Saxones, *ora*, (*hoſte*,

Verper. ex Chron. *Leidenſibus* lib. 1.

Hengiſtum *ac* Horſum. *primaque hi claſſe tulerunt*
Auxilium vigilanter ei: *ſed poſtea*, *cæſo*

Chron. *Holland.* Diviſ. 1. c. 24. & 25.

Fratre per invidiam, vario ſe milite rurſum,
Friſia *in Occidua* (*dans urbi exordia* Leidæ)

Cantij primum, id eſt, Littorales, *Friſice* dicti ſunt: poſtea *Angli*, ab *Anglia* tam hac, quam prius habitata.

Munijt Hengiſtus, *redijtque ferocior*, *ipſos*,
Sedibus expellens, illuſo Rege, Britannos.
Cantiæ *ubi*, friſico, *fundavit*, *nomine*, *Regnum*:
Totaque mox, eius, nova paruit Anglia, *proli*.

FRISII INSVLANI.

CVm genus à friſio ducens prænobile Manno,
Taco, Manarmani portu privatus, & ipſis
Rodmanni, Hopperi, ſocijſque Hermana Carinis,
A morte Hengiſti vaſtis erraret in undis.
Forte Caledonio diſiectus ab æquore, venit
Inſulā ad arctoam: cui mox Douvo Hiddema propter
Inſilijt, Socios juſſitque exſcendere Taco:
Atque indurato veſcens ibi frigore piſce,
Paulatim excoluit, ſed raro ſemine, terram;
Quæ modo vulgari Frieſlandia dicitur Ore.

Anno Chriſti circiter 500.
Herco Rodmannus & Sivardus Hopperus Claſſis Hengiſt. Præfecti.
Suff. de Script. Dec. 3. cap. 9. & 10.
Douvo Hiddema ſocius Hermanæ.
Suff. In Præfat. de Script. Friſiæ.

ABISSINI SEV PRÆTOIOANNICI.

IOannes Friſonum ſoboles clariſſima Regum,
Dictus, ab inſonti, Præſter cognomine, vita:
Cognato Otgero Stipatus Principe Dano,
Caſtra propagandæ Fidei contraxit; & Auſtrum
Verſus, in Æthiopes; per flammas movit, & enſes.
Signaque, Abiſsinis figens, victricia, campis,
Condidit ad Nili Regnum prænobile fontes.
In quo poſteritas, octo nunc ſecula vincens,
Nomen adhuc eius ſervat, Sceptrumque, Fidemque;
PrendentemqueCrucem tunc partum Inſigne, Leonem.

Anno Chriſti 790.
Præſter. Friſiis Sacerdotem ſonat.
Bapt. Mantuanus Augerum vocat.
Libertus Epiſc. Berythenſis, Cappidus Staurienſis, Ioan. Nauclerus Faſcic. Temporum, & complures alij.
Sebaſt. Munſterus in Coſmographia.

HELVETII SEV SWICERI.

MAgnus Friſiacæ legionis Fortema Ductor
Cū Caſtris, domita, Magno ſub Cæſare, Roma
Forte domum repetens, inviſit in Alpibus, atque
Helvetia, veteres patria de gente Colonos.
Queis impertierat, cum parta Diplomata Romæ,
Nonnullos alios Tigurino iunxit in agro
Viciniſque locis; Regnumque auſtrale vocavit,
Reſpectu Friſicæ, boreo ſub climate, terræ.
Hos vero, auxiſſent communibus, ante, Colonis,
Cum Sueci, Friſii, Suiceros Francia dixit.

Anno Chriſti 802.
Suff. de Orig. Friſ. lib. 1. cap. 16.
Vide Diploma ad calcem lib. 2.
Friſice Sud-Ryck/id eſt, Auſtrale Regnum.
Seb Munſt. in Coſmograph. Circa annum Dom 400. ut quidam ſcribunt.
Saxo Grammaticus lib. 14

CHILENSES AMERICANI, anno circiter 1030.

FRiſones in Chilen *primos vexiſſe Colonos,*
(Crux quam inventa prope eſt, permultis inclyta ſignis)
Principis aſſeruit captiva ibi filia Iberis,
Ipſam ſe affirmans è ſanguine Friſonis *ortam,*
Arma, domuſque, aquilis Friſio *quin more frequenter*
Ornatæ, hos Friſicæ *teſtantur Originis eſſe:*
Chile *autem imprimis nomen; nam gentibus iſtis*
Non ſecus ac Friſijs *ſonat hoc frigere vetuſtis:*
America *è borea certe aurum* Friſia *primum,*
Iam prope ſexentis Europæ *invexit ab annis.*

Diego Forres De Rebus *Americæ.* patres collegij pacis ad provincialem; Anno 1589.
Alphonſus de *Ercilla*, Eques S. *Iacobi* & *Carolo Cæſari* à cubiculis de rebus *Americæ.*
Chile ſeu *Cile*, ut pronuntiant, tam ibi, quā in bona adhuc *Friſiæ* parte frigere ſonat.
Adam Bremenſis in Chron. *Albert. Crantz.* in prologo *Norvagiæ.*

STRANTFRISII ET EIDORENSES.

Q*Vamvis ipſa prius ſit ducta* Colonia *multo,*
Quam Ducis Hērici, *fortiſſima Caſtra*, Leonis,
Cimbrica *gentiles premerent, ad Littora*, Sclavos.
Tunc tamen, ex omni Friſia *remeantibus iſtuc;*
Hoſte magis pulſo, multis eſt aucta Colonis.
Qui vel adhuc fluvio, vel nacti à littore nomen,
Sub Ducis Holſati *degentes Iure, patrizant:*
Tam lingua veteris, quam libertatis amantes.
Gerlacho *hic* Friſoni, *repetens trux* Sclavus *adepta,*
Ceſſit; & hic victus perijt Rex Daniæ Abelus.

Anno *Chriſti* 1152.

Ab *Eidora* fluvio, Eiderſtedt. A maris Littore Strantfrieſen vulgo nuncupantur.

Vbbo Emmens, ex *Alb. Crantz*, & *Mart. Polon.*

LIBER

LIBER SECVN-DVS.



Inſignia Regni FRISIÆ.

A *Ltius externis hic forte videbitur æquo*
Friſica *gens priſci repetita ab origine* Iani;
Nec deducta Patris recte de Stemmate Semi,
Cum ſit progenies Germanica *tota* Iapheti
Gomero *à Nato, aut* Thogorma *dicta Nepote*:
Qui, ſacra in Armenicis reſidenti montibus Arca,
Primas ad boream Sedes fixiſſe leguntur.
Aut certe à Manno Mannique Tuiſcone *patre,*
Iani *prole; metris, ut cantat* Teuto, *vetuſtis.*
Nos vero ex Rythmis, Strenis, Annalibus, atque
Hiſtoriȷs veterum, Polibothra *diſcimus urbe*

Friſii ex *Semo* ſunt oriundi *Alvinus Snecanus* in Rythmis.
Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 3.
Gomer. Cimbris nomen dedit.
Euſ. Pamph. Ioan. Carion Thogorma Germanis. R. Reneccius, Ad. Ian. Tuiſco Teutonibus. Tacitus de Moribus *Germanor.*
Is fuit *Iani* ſeu *Noachi* filius teſte *Beroſ.*
Vide *Suffr.* de Script. *Friſiæ* Dec. 8. c. 3.

 Natum,

Moyſes ex Ragavo Abrahæ ſolummodo genealogiam deducit Gen. cap. 11. ſed plures eũ genuiſſe teſtatur filios qui et ſuos, ſine dubio poſteros habuere. *Strabo* lib. 15. *Q. Curtius* lib. 9. *P. Oroſius* lib. 3.

Natum, Gangicolis Phreſiorum *Regibus* Indis,
Semigenæ, Friſonem, *de Poſteritate* Ragavi:
Fæcundo varias condentis ſemine gentes.
Is nempe hanc terram quæ ſacro in littore Gangis
Praſiá Strabonis *dicta eſt*, Pharraſia Curti
Præſiæ *in* Oroſii, *noſtrorum* Phreſia *ſcriptis*.
A tritavo accipiens Regnum prænobile Semo;
Mille, & ſexcentis inibi labentibus annis,
Continua, ad ſeros traſmiſit, Prole, Nepotes:

Alvinus in Rythmis. *Q. Curtius* lib. 9.

Donec ſublato Friſonis *(pro fata) Parente*
Rege, per inſidias mæchi tonſoris, Adele;
Filius inſidi, Sceptrum Regale, tyranni,
Prænderet, auxilio Reginæ, iniuſtus Agrammes;
Atque Oſtraciſmo tres ablegaret Athenas,
Hæredes Regni generoſos indole fratres,
Cecropia *dignos hedera, lauroque* Minervæ.

Occo Scharlenſis. Vorpius Thaborita l. 1. *Suff.* de Orig. *Friſiorum* lib. 3. cap. 9.

Bruno *trium minimus, medius fuit Ordine* Saxo,
Friſoque *bellipotens primævo maximus ortu;*
Triſtia qui Regis Macêdum *poſt fata* Philippi,
Deſertis ſtudijs, cum fratibus induit Arma,
Pelleique *ſequens, clariſſima Signa, Monarchæ,*

Suffr. in Strena (quem hic ſequimur) *Hyllam Agatholis Thracum* Regis filiam facit, ſed tempora vix admittunt. Videtur autem ſoror eius fuiſſe, & *Liſimachi* filia.

Cum multum ingenio, multum mucrone valeret,
Conſilio Thraces, *gladio compeſcuit* Indos.
Præſidioque datus, Sadrocottum, *fortiter ipſum*
Reppulit Emodijs, *infeſtum, montibus, hoſtem:*
Tam Ducis officio fungens, quam militis: Hylla,
Agathoclis, *ducta, Regis, ſibi Coniuge, Nata,*
Thracum, Liſimachi *domitoris, Nepte, Leonum:*
Quæ peperit noſtros genitrix Regina Parentes.

Alvinus in Rythmis. *Suff.* in Strena & de Origine *Friſiorum* lib. 3. cap. 8.

Attamen extincto bellorum fulmine Magno,
Ne pia civilis ſtillaret ſanguine dextra,
Militiam liquit; veniaque Agrammis *adepta,*
Regna ſemel Phreſiæ, *vetereſque reviſit amicos.*

Et licet

Et licet in Patria licuiſſet vivere, Sceptri
Noluit hæredem ſpurio ſe ſubdere Regi:
Sed re cum Socero, cum fratribus, atque propinquis,
Vxore, & Socijs, diſcuſſa gnaviter omni,
Vndique collectis, per littora vaſta, carinis,
Impoſuit teneros, dulci cum Coniuge, Natos,
Vexillum Semi, *vel (quo iam nomine vulgo*
Notius eſt) Magni, *conſecratamque Coronam,*
Et quodcunque viæ viſum fuit eſſe neceſſe.

Vexillum *Semi* Vulgo *Magnus fane.* Vide Suff. de Script, *Friſiorum* Decad, 8. cap, 3.

Placatiſque Deis, Patriæ fumantibus Aris,
Indiacis, Cronium *conſcendit navibus æquor;*
Regna arctoa petens recto Germanica *curſu,*
Cognita tam fama, quam per commercia Thracum.

Albertus Stadenſis Abbas,

Emenſuſque fretum, magnis, glaciale, periclis,
Militibus, Socijs, & multum Claſſe minuta,
Octavo demum, cornu prænobile Rheni,
Autumno ſubijt, felici ſydere, Flevum.

Suff. de Origine *Friſiorum* lib. 3.

Ante puerperium benedictæ Virginis, annos
Ter centum, & tredecem: veteriſq; ad littora Creilæ,
Navibus excedens, primum ſua caſtra locavit,
(Nunc abſorpta mari) dixitque ea nomine Staden;
Quod tandem hic, terris iactatus, & æquore, Staret.
Hoc, Indi *plures, ad* Teutona *littora, Nautæ,*
Per mare diſiecti caſu veniſſe leguntur:
Sed quidam è fluvio ſolventes inde Viſurgi,
Caſſa iſtuc regredi tentarunt Friſones *arte.*

Plin. Nat, hiſt. l. 2. c. 67.
Pompon. Mela lib. 3. c. 5.
Otho Friſeng. in hiſtor. *Gothorum.*
Dominicus Niger ſub *Fred. Barbaroſſa.*

Hi freta, cum nantes, Iſlandica, *nempe, ſecaſſent,*
Prædenſa aſperſi caligine, montis ad inſtar
Surgere, & horrendo ſe condere rurſus Abyſſo
Retrofluum ſpatijs ſenſerunt Nerea *certis:*
Abſorptiſque aliquot; reliqui ſunt divitis alto,
Inſulæ in ignotum proiecti littus ab æſtu.
Fulva ubi præclauſis mirantes vaſa iacere,

Alb. Crantz. in Prologo *Norvagiæ* hiſtoriam hanc ad longum refert; acciditque paulo poſt Annum *Chriſti* milleſimum,

Spreta velut, foribus, gaudenti condere paſſim
Cæperunt meliora ſinu: ſed protinus Antris,
Effera prorumpens Cyclopum turba, fugarunt
Friſones, ac magnis unum plexere moloſſis:
Terribili reſonum complentes gutture littus.

Crux prope Chilen nuper inventa miraculis fulget: & Chriſtianos ibi antea fuiſſe certo declarat. Diego Torres de rebus Americæ Patres Collegii Pacis ad Provincialem, Anno 1589.

Atque ita Mexiaco rediens locupletior auro
Ditibus Americæ primum gens Friſica gazis,
Europæ cumulavit opes, ſed & ipſa videtur
In vacuam primos Chilen vexiſſe Colonos,
Et plantaſſe Crucem; quæ nunc inventa refulgens
Confirmat varijs Fidei Myſteria Signis.
Namq; ibi captiva de Virgine nuper Ibero

Alphonſ. de Ercilla, Eques Ordinis S. Iacobi, & Carolo Cæſari à Cubiculis, de rebus Americis.

Percontante genus patrium; ſe Regibus eſſe
Friſonis è veteri reſpondit ſanguine natam.
Quin Aquilæ in multis ſunt hic, Inſignia tanquam,

Chile, ibi frigere, ſonat, ut Cile ſeu Kile in Friſia:

Inventæ domibus Friſiorum more repoſtæ,
Vt nihil hoc ipſo dicam de nomine Chile,

Pixis Nautica, vulgo Het Zee-Compas.

Quod ſonat in Friſia prædurum frigus, & iſtic.

Paulo poſt annum milleſimum. Teſtibus Alberto, Crantzio, & Adamo Bremenſi.

Nautica ſed pixis quoque tunc inventa videtur
A Friſiis, quando ſpatia hæc immenſa ſecantes
AEquoris, intrarent populo nulli antea notam
Americam; certe id ventorum nomina quædam
Inſinuant, Friſice vel adhuc in pixide ſcripta,
Scilicet AEſt & Sur, Eurumque ſonantia & Auſtrum,
Nulla alia in terra quam ſolum Friſide noſtra:
Nunc vero ad varias tranarunt pixide gentes

Hiſpani: mare del Sur.

Britones, Heſperios, Afros, Garamantas, & Indos;
Nam patet Auſtrinum dici Sur æquor Iberis
Quod rigat Americam, Rheniq; quod oſtia lambit
Sur dici Friſiis, tabulæ ut teſtantur, & ipſa
Nomina ventorum primæva in pixide ſcripta:
Suid vero incipiunt, pro Sur, hic ponere vulgo,

Proque

Proque AEſt, Ooſt, veterem tenet at Nauta *exterus*
vſum:
Verum Aquilo & Zephirus, ventis cum pluribus, æque
Teutonice *ac* Friſice, *verbis ſcribuntur ijſdem*
Namq; vna ac eadem perſæpe vocabula in hiſce
Oris ſunt pariter Friſica *ac* Germanica, *ſicut*
Nomina ventorũ **Weſt/ Noozt**; *et pluria monſtrant*
Friſiacis *reliquis quæ ſunt vt* Friſica *iuncta*
Pixidis à primo, reor, inventore fabroq́.
Hanc ergo Friſiis *olim eſſe authoribus ortam*
AEquora adhuc, venti, nec non lingua indicat ipſa
Friſica, *in externis etiam nunc cognita Regnis*
Pixidis ex vſu, toto quæ fatur in orbe
Friſice, *vbi nautis ventorum nomina pandit;*
Nomina, quæ Mundi nulla mutantur in ora,
Extra Tentonicæ *borealea littora terræ.*
Sed priſca hæc noſtrum ſileant cum ſcripta parentum,
Non agre in medio, credam licet ipſe, relinquo
Ne patriæ incertos aſſcribere dicar honores.
Mox vero, è portu Stadenſi Friſo *recedens,*
Interiora petit, fatis vrgentibus, arva,
Apta magis Caſtris, & commodiora Carinis.
Quæ vacua inveniens, Suevis *de more (Colonis*
Tum terræ) hyberno ſylvis degentibus æſtu;
Vrbis ibi Stavoræ (*quæ nunc eſt* Stauria) *prima*
Fundamenta iacit; Friſicique *exordia Regni,*
Nominis in patrij Stavonis *molitur honorem,*
Conſecratque Dei: cui ſtructo, Altaria Phano,
Erigit, & ſupplex humano ſanguine libans,
More litat patrum funeſto thure ſuorum.
[a] Thorum *hunc gens olim dixit borealis; & omnis*
Accola Balthiaci (*ni fallor*) *Littoris; unde*
Sumpta Iovis *manet hic nomenclatura diei.*

Friſii veteres **De Suit Zee**. Hinc quoq; **Suthuſum/ Surhterna** & loca quædam alia in *Friſia* nomen habent.

Omnia ventorum nomina in pixidibus exteris aut ſunt mera *Friſica*, aut *Friſica* & *Germanica* ſimul.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 3. cap. 8.

Stavo Friſiorum fuit *Iupiter. Occo Scharlenſis.* Huic litatum fuit humanis Victimis, ut liquet ex diverſis ſanctvitis.

a *Ioan, Magnus* de rebus *Gothicis*, hinc *Germani* **Thonderdach**: & *Friſii* **Thongerſdep**/ Diem Iovis appellant.

Stauria olim Emporiũ & Metropolis *Friſiæ*. *And. Cornel.* lib. 2.
Vidua hæc ſub finem adhuc vitę mendicaſſe fertur. *Ioach. Hopper.* in Epitome.
Vulgo Het Frouwen Sant.

Hac vero exuſta Stavonis *poſt AEde, celebris*
Emporij Friſiæ, *periit quoque Portus ob auſum,*
Faſtoſæ, *infauſtum, viduæ, mandantis in eius*
Oſtia triticeam nautis exponere mercem:
Quam Deus invertens tumulum confecit arenæ,
Fœminæ adhuc, priſco ſub littore, nomen habentis.

Warnſdep/friſice Dies *Mercurij*. VVarnen intimandi ſeu nunciandi verbum ab eo derivatum videtur, cum pro NuncioDeorum haberi ſoleat. *Paul. Diacon.* in hiſtoria *Longobardorum.*
Tacitus de Morib. *Germanorum*. Hinc Woeden illis furere ſonat.

Vtque Iovi Stavoni, Friſo *devotus in urbe,*
Sic quoque Mercurio *fecit Oratoria ruri,*
Colle ſuper viridi, tenebroſæ in limine Sylvæ,
Warns *ubi conſpicitur præſenti tempore pagus:*
Warns *etenim* Friſiis *dictus fuit ille vetuſtis,*
Nomine vulgari vel adhuc teſtante Diei
Mercurio *ſacræ. ſed* Woedam Teutonus *ipſum*
Dixit, & humana (furor ingens) cæde litavit.
Hunc Ducis Vdolphi *proles,* Hengiſtus *&* Horſus,
Olim Doceomij *multum coluiſſe leguntur;*
Atque apud antiquos, devicta gente, Britannos:

Hoiſch. Mitem interpretatur *Cornel. Kemp.* *Cantiæ* autem Rex quaſi littoralis, friſice dictus fuit, ut & primi Succeſſores eius.
Hic primus ex Stirpe *Hengiſti* Chriſtian. Rex *Anglorum* à *D. Georg.* eſt vocatus. *Beda* lib. 2.

Multum hunc Orichius, *cui* Cantia *paruit,* Hoiſchus
Filius Hengiſti; *multum* Octa, *&* Ebiſſa, *Nepotes;*
Menricuſque *Ducis pronepos & tota propago,*
Vſque ad Edelbertum, *quo floruit* Anglia, *Regem:*
Huic quippe excuſſa patrum caligine, lumen
Fulſit Apoſtolicum; qua Willebrordus, *& illi*
Sancti alij friſicæ *linguæque, & ſanguinis* Angli,
Has etiam noſtras luſtrarunt lampade terras.

Vulgo Hymmeler Wld Ferd.

Nec procul à Stavora *vetus extitit* Hymeleferda,
Cæleſti Veneri, *vel nomine teſte, dicata:*
Fida Tori Cuſtos, ſanctæ vis mutua Pacis,
Credita quæ fuit, & Caſti Dea Præſes Amoris.

Saxo Gramm. l. 8. hinc Frpen procandi verbũ. *Suff.* in Libello de Colonijs *Friſiorum* nondum excuſo.

Frigga Venus Dano, Sueuoque *idiomate* Frida,
Meda *ſed à* Friſiis *vulgo eſt, &* Freda *vocata;*
Freda *toro iunctis, innuptis* Meda *puellis.*
Sacra Dies ipſi, quod adhuc, verbumque procandi,

Prata-

Præturæque duæ declarant; Ferda *vetuſta*
Scilicet; & priſcus Divæ Frewoldia *lucus.*
At quia, prô, diro puerorum culta cruore eſt,
Meda, Medenblici, Venus *eſt* Medea *putata.*
Ex re quin nomen ſortita Holvardia *ſacrum,*
Præbuit antiquas traiectum Martis *ad Aras;*
Quem coluit celebri fulgens Amlandia *Phano.*
Hunc vetus Othinum *vocitavit* Gothus, *& inde,*
Litterula abiecta, nomen fecere Diei
Teutones; *aſt* Friſii Foſtam *dixere vetuſti,*
Deſumpto à duro (ni fallor) nomine pugno.
Inſula Radbodi *vetus huic habitatio primi*
Sacra fuit Templo, fuit olim nomine ſacra;
Vnde etiam vulgo eſt nunc Heiligelandia *dicta.*
Quæ tamen & multis Amlandia *creditur eſſe,*
De qua Cœnobicæ Divum pepulere catervæ:
Iuſtaque *nonnullis,* Buſæ Bantæque *propinqua*
Inſula, vel Foſtæ *ſorte hæc quia nomen adumbrat,*
Vel quia Radbodi *vetus huc fert ſemita Regis,*
Qua ſolet in Friſiam *diſcurrere promptus utramque.*
Waldacham *à cura Sylvarum, credo,* Dianam
Dixere, & priſco Friſii *cognomine* Fannam:
Nam Septem in Sylvis etiamnum virgo videtur
Fanna *Deæ intactæ de nomine dicier huius,*
Et Batava *urbs, in qua fuit olim culta,* Viana.
Diva hæc, vt referunt, in Trajectenſibus *agris,*
Nuper adhuc veteri viſa eſt depicta figura.
Mona *ſed à* Friſiis *Cœleſtis dicta* Diana
Doccomica *exornans, &* Scuta Amlandica, *littus*
Culta ſecus, Ponti tanquam Regina, putatur.
At Deus Alcides, *quondã* Harco, *vel* Arco, *vocatus,*
Arculæ *apud* Batavos *Chronicis ſi credimus, atque*
Centum habuit ſacras alijs in partibus Aras:

Præcipuum

Corn. Kemp. lib. 3. cap. 28. *Freda* & *Ferda* promiſcue dicebant veteres.

And. Cornel. lib. 2.

Ioan. Magnus de rebus *Gothicis*, hinc *Germani* Thinſdach: *Friſii* Thypſdei/ Diem *Martis* appellant.

Friſii olim pugnum, en Foſt: hodie en Feſt: *Germani* en Fupſt appellant.

Haio Amlandiæ Dinaſta Delubrum *Foſtæ* in Cœnobium convertit Anno 866. *And. Corn.* lib. 2.

Vulgo Coenenck Robbers Wech/ quę etiamnum teritur, in *Friſia* Orientali.

VValdach, à Sylvarũ cura, quaſi Waldache friſice videtur dicta.

Ger. Gannam vocarunt ut ex *Dione* & *Theod.* apparet.

Pont. Heuterus in Vet. *Belgio.*

Hopperus in Epitome Rerum *Friſicarum*

Monedei/ friſice Dies Lunæ.

Luna dominatur Mari.

Pont. Heuterus in Veter. *Belgio. Ammia Marcellinus* Caſtra *Herculis* appellat. lib. 18.

Apud *Tencteros*, ſeu *Trentos*, trib. fere, à *Gronenga* miliarib. prope *Roldam*. de Moribus *Germanorum*.

Ioach. *Hopperus* & *Sib. Leo*. Vide Theat. *Abr. Ortelij*.

Vulgo Duyvelſcut.

a *Friſii* Colles quos ex luto argilloſo contra æſtum Maris erexere, vulgo Tarpen vocant: Gaeſten, autem, qui ſunt ex arena.

Vulgo Hunnebedden: Hunne mortuum ſonabat *Friſiis*: unde Veſtes defunctorum *Gronenga* adhuc Hunnecleden appellantur.

Præcipuam vero ſaxis immanibus olim
Tencteriçis Friſiæ *priſcis in finibus vnam;*
Quam Tacitus Druſo *meditatam narrat, & æque,*
Ac noſtri in Tabula Friſiam *referente vetuſtam,*
Impropria, Herculeas, *appellat voce, Columnas.*
Spurca huic obſcænum fecerunt poſtea nomen
Spectra: ſed & Friſicos *referunt hic eſſe ſepultos*
Cum nondum, hyberno quo ſervarentur ab æſtu,
Per ſua [a] *Tarpeios cumulaſſent paſcua colles;*
Ne vel præda lupis fierent, vel piſcibus eſca:
Vnde ſepultorum, Saxa hæc ingentia lectos,
Nunc quoq́, ſed paulum mutato idiomate, dicunt.
Quin & Sarcophagis, ob eandem poſtea cauſam,
Tegmine marmoreo clauſêre Cadavera Stratis;
Qui nunc per Friſiam *viſuntur ubiq́ refoſſi.*

Snein/ friſice, Dies Solis.

Sol vero à Friſiis *veteri* Snein *nomine dictus,*
Numen in hebdomada primi gentile Diei,

Snecæ urbs, *Friſiis* Snits/ quaſi Sneints/ adhuc dicitur. vulgo het Hoſpitael by Sneec. Coloſſus Solis in *Rhodo* Inſula fuit, quam *Ioannitæ* olim tenuere. *Renicus Bockema* vixit Laicus in Cœnobio ſuo, Annis 26. *Thabor* locus radiis de nocte lucidis & demonſtratus fuit. *Vorp*. lib. 4. *And. Cornel.*

Snitſæ *olim, aut* Snecæ *cultus (ni fallor) in illo*
Colle ſuburbano eſt, Rhodii *quo Archontis Alumni*
Hoſpitia antiquo poſt æquavere Coloſſo;
Iuſtitiæ Solem, cum Præcurſore, colentes:
Solem, nocte locum quo demonſtrante, Renicus
Culmina non procul hinc ſtatuit quoq́ Bockema, *ſacro*
Nomine, dicta Thabor; *laicos ubi ſervijt inter*
Ipſe ſuos humilis, qui ter decoratus Equeſtri
Ordine, Paganis & ſævis antea Turcis
Maxima formido fuerat; ternaſq́ Coronas
Bello promeritas, Aquila cum dimidiata,
Arma vrbi dederat (præclara Inſignia) Snecæ;
Quæ ſplendent varijs ibi nunc ornata parergis.

Ioan. Magnus hunc inter Deos *Gothorum* recenſet. Holler/ quaſi Hol-Heer: id eſt, inferni Dominus.

Pluto *ſed &* Friſiis *cultus quandoq́ videtur;*
Atq́ Holler *dictus vulgari nomine, tanquam*
Inferni Dominus, connexa voce gemella.

Tyucano *lacui pagus conterminus extat,*
Qui quondam (apparet) ſacratus in huius honorem,
Nomen adhuc, Aris non exiſtentibus, offert.
Quin duro everſum Romano *à milite Templum,*
Quod fuit in caſcis olim prænobile Marſis,
Structum eſt à Friſiis, *vulgo* Tanfane *vocatum,*
Nempe ad vexillum; nam ſervabatur in illo
Vexillum vetus & priſcis venerabile Seclis,
Ex Phreſia *in noſtras tranſvectum à* Friſone *terras;*
Vna cum ſacra, ceu diximus ante, Corona.
Quam Dani Friſiis *tamen extorſere, prioris*
Vt puto, Radbodi *captivi tempore Regis:*
Cum iuga nimirum, duriſſimus ille Toparcha,
Lignea Friſonicis *inſueta monilia collis*
Inderet Omundus; *boreamq; excedere verſus,*
Oſtiolis domuum, curvis cervicibus illos
Cogeret, ac Regi ſervilem prorſus honorem
Sex prope continuus infauſti carceris annis
Sic deferre ſuo, durumq; offerre tributum.
Vt quoq; Gortricum *ſcribunt feciſſe tyrannum,*
Qui Caroli Friſios *afflixit tempore* Magni.
Vexillum id vero Magnus Dux *poſtea* Romam
Pertulit; at Papa, Friſonum *virtute,* Leone
Vrbiq; & priſcis mox reddito honoribus iſtinc
Rurſus, inaudito iuvenumq; ſenumq; triumpho,
Faſcibus ac [a] *Armis & Libertate potitus,*
Almenum *referens ſacra patris abdidit AEde*
Goſtavi, *in lapides verſis prius aſſibus, unde*
Primus erat paries, tecto ſub arundine ſtructus.
Aſt octoginta lapſis iam circiter annis,
Cum geminam hanc renovans, Harlengia *redderet AEdem;*
Diſrupto à fabris muro prodente cavernam,

Pagus Ræbol apud Lacum *Tyucanum* friſiis Rubrum Infernum ſonat.

Tacitus Annalium l. 1.

Tanfane/vulgo Taldenfane/id eſt, ad vetus Vexillum. *Hubert. Schotus* in Collectaneis *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 8. cap. 3.
Alvin. Snec. in Rithm.

And. Corn. lib. 1. qui eſt *Occonis Scharlenſis.*

Servitutem hanc *Vbbo* & alij quidam referunt ad *Gortricum Danum*, qui Friſios quoque crudeliſſime oppreſſit.

Hinc vulgo *Magnus* faene dici cæpit.
Codex Legum *Friſicarum.*
a Armis *Friſiæ* modernis.
Almenum, hodie *Harlengia.*
And. Corn. lib. 2.
Ex relatione D. *Mauritij Cornelij* presbyteri: & M. *Gerbrandi* à *VValocama* Conſulis, & poſtea Secretarij huius Oppidi.

De Brachio S. *Magni* ex *Italia* in *Friſiam* lato vide inſcriptionem Marmoris *Romæ* erecti ad calcem libri 2.

De Vexillo hoc, & Vaticiniis Noſtratium vide Teſtamentum *Iæncomi* à *Douma*: & *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 8. cap. 3.

Vide Diploma hoc ad calcem lib. 2.

Depictam varijs magnatum Inſignibus atque
Vultibus Heroum; ſacrata eſt Theca *reperta*
Brachij habens partem, Magni *reor; atque vetuſtum,*
Aurato Laborum capulo, multumque comeſum
A tineis, ſed adhuc priſca ſpectabile forma.
Quod certe apparet vetus hoc Regale fuiſſe
Signum, nam fera lis mox cœpit gliſcere Magni
Quam fore Vexillo tenuit fama vſque reviſo.
Dij dederint Pax hanc non Stangrica *claudat Erynnis,*
Sæva nimis noſtra de qua cecinere Sybillæ.
Belli autē à Friſiis, Magno *Duce et Auſpice* Magno
Fortema, *in* Italia Magno *ſub* Cæſare *geſti*
Teſtis Cæſareo *celebre eſt Diploma Sigillo,*
Magni *firmatum* Caroli, *quod pluribus olim*
Deſcriptum Exemplis terſum nunc debite, & omnes
Munitum adverſus Momos Furmerius *offert.*
Sed Carolo *aſſignat* Craſſo, *renuente* Guilhelmi
Cæſaris *indulto,* Friſicarum *Codice legum;*
Et patria hiſtorijs fama Rythmiſque vetuſtis:
Vrbium Agrippinæ, *quin* Arnhemique Spiræque,
Bruxellæ, *ac* Romæ *veneranda Archiva repugnant,*
Diploma hoc Carolo *ſimul attribuentia* Magno.
Friſiæ *vt & Comitum Scripta Auguſtalia Eoa*
Quæ referens indit Patrijs Annalibus Vbbo.
Ipſe Poteſtatum ſed contradicit & ordo,
Qui datus eſt Friſis *Diplomate primitus iſto,*
Et Magni *incepit non* Craſſi Cæſaris *ævo,*
Quinque Poteſtates quem præceſſiſſe leguntur;
Ac duplo adhuc plures Carolum *cognomine* Quartū
Cui quidam hoc etiam Diploma aſcribere tentant
Maximi *aberrantes multum à Scripto* Æmiliani
Saxo *Gubernator* Friſiæ *eſt quo factus, apertis*
Magni *vbi ſit* Caroli *non* Quarti *mentio verbis.*

Teſtis

Teſtis Agrippinæ *eſt Porta inclyta; quæ* Friſiorum
Dicitur à Caſtris ſub ea tardantibus; Vrbem
Cum peterent Armis, Papa poſcente, rebellem.
Teſtis item Romæ *gentique Ducique decorus*
Erectus lapis eſt Divi Michaelis *in AEde*:
Summi olim Friſiæ *cum Virgine Matre Patroni.*

Vulgo der Frieſen Poort.
Chron. Noſtra, & *Brabantica.*
Vide inſcriptionem huius lapidis Authenticam, ad calcem libri.

Sed quoque laurigero ponens Gymnaſia Phæbo,
Clara ſuis ſtatuit Graiis *habitacula* Muſis
Friſo: *Characterum mutatis poſtea formis,*
Vnde Scholas traxit docilis Germania *plures,*
Lætaque doctiloquas ſuſcepit Belgica *Divas.*
Traiectum *certe* Radbodi *à Præſulis olim*
Ethica Ariſtotelis, *rerumque arcana docente*
Præceptore ſuum vidit Nannone *Lyceum*
Mire illuſtrari: vidit Phæbeia Harengo
Synnama, *ab inſigni Doctore* Colonia *Legum:*
Vidit & à docto docta Heidelberga Rodolpho
Agricola, Latias *iſtic* Graiaſque *fovente*
Hæbræaſque *Deas nulla non parte politas.*

Suff. in Præfatione de Script. *Friſ.* & alibi.
Nanno Stauriens. Præceptor S. *Radbodi* Epiſc. Philoſoph. Doctiſſimus, *Ioan. Trith, Ioan. Becan. Traiecti* Schola olim fuit celeberrima: ut ex vitis Sanctorum, & diverſis Scriptoribus liquet.
a Profeſſor Iuris, *Ioan. Trithemius.*

Quas noſter Syriis *hinc* Chaldæiſque Camænis
Patruus exornans coluit peregreque domique
Andræas *medica doctiſsimus arte* Myrica:
Quem dedit, & quintus rapuit (Sors rara) Decembris.
Quin Schola Lovanii *viguit cum ſacra* Ruardus
Dogmata Catholicæ facundo panderet Ore
Tapperus *Fidei: viguit cum* Friſius *indens*
Gemma *brevi Mappæ terras & Sydera Sphæræ*
Subtilem facili depromeret arte Matheſin.
Nec ſecus Aonidum Mogoni Cyprianus *in vrbe*
Gloria Vomelius *ſtudium ſuccreſcere Iuris*
Fecit, adornandus Spiræ Aſſeſſoris honore:
Nec demum exigua cum laude Boetius Epo,
Parva Duacenſis, *clarus primordia Doctor,*

Paul. Iovius de Viris Illuſt.
Suff. de Script Decad. 13. cap. 6.
Aubert. Miræus, de Viris Illuſt.
Suff. de Script, Dec. 11. cap. 8.
Suff. de Script. Dec. 13. cap. 1.
Suff. de Script. Dec. 15. cap. 7.

Gymnaſi expoliens, ipſis æquavit Athenis.
Petreio ad Friſios iſtinc migrante Tiara
Franekeram, patrijs Academica nuper in Oris,
Qui nova Cecropia decoravit pulpita lauro.

Suff. de Script. Dec. 13. cap. 7.

Lugdunique docens Batavos Hippocratis artem,
Gratante Auſpicijs ſudavit Apolline primis:
Vtrobiq; fovens cultas à friſone Divas.

Suffridus in Strena.

Crebra ſed & ſolers præbens ſpectacula Friſo
Ludicra cum Socijs Natiſq; & Fratribus arma
Inſigni exercet Sueuis mirantibus, arte,
Caſtrenſes Macedûm ludos imitantibus Indis:
Ludos, queis ſtatuit Princeps Gymnaſia Segon,
Et veteres multa Reges cum laude vocarunt
Vrbibus antiquis paſſim, Caſtriſque lociſque,
Atque ipſa imprimis Regali Stauriæ in Aula;
Quæ tunc externis etiam notiſſima terris
Vrbs erat, & friſici totius nobile Regni

Sueui, adventante Friſone, terram hanc incolebant. Teſte Suffrido in Apologia, & alibi. Occo Scharlenſis: referente And. Corn. lib. I.

Emporium prædives opum, prædives honorum:
Sicut priſca docent cum Francis Fœdera, ſicut
Danica Stauriacis devota Telonia nautis,
Ipſorum ante alias, uſque expedientia naves:
Et quæ ſunt petris, HVC STARIA IVS HABET VSQVE:
HIC PES IMPERII EST; Neomagi inſtrápta vetuſtis
Radbodi forte, aut Beroaldi tempore Regis.

Staurienſes antiquo iure Vectigalium in Danico Telonio ſolvendorum præferentiam ante omnes habent. Ad portam Heſelanam in uno veteri Saxo habetur. Huc uſque Ius Stauriæ. in altero. Hic eſt Pes Imperii. Furmer. In Hiperaſpiſti. Guicciard. in Belg. ſuo.

Qui Vahalem, fluvios Schaldim regnavit & Albim
Vltra olim ac levo cum Francis alite pugnans,
Occubuit Groveſtens Caſtrum prope cæſus avitum,
Famoſi illius Vibij qui in Friſide primus
Nobilium tonſus nocuit, iuvitque viciſſim,
Et pravus nimium, nimium bonus abnuit eſſe.

Quem a Suobbina *fidem fallens decepit & antro*
Ziardano *incluſit, morbum mentita Leæna*;
Ne vulpes raperet Groveſtenica *forte Catellos*,
Crediderat moriens ſibi quos Hottenga *maritus*.
Quin in Veſtphalia *ludos exercuit* Yglo
Galema, *cum reliquis* friſica *de gente Toparchis*.
[a] *Hiſce* Arabum *viguit*, Syriæ *&* Babilonis *in Aulis*
Douvo *Eques à* Solimæ *factus* Burmania *Rege*.
His [b] *gentilitijs Volucri vigilantior, Armis*,
Onno *ſuis Equitum* Cypri *fortiſſimus* Euſum.
Hiſq; bis invitis Palmam rapuere Britannis,
Douvo Keus, Sixtus Thiarda, *&* Nyenhuſius Epo;
Epo *per invidiam diro iugulatus ab* Anglo.
His quoque Franciſci *duo*, Rhorda *ac* Ailua, Taco
Rengia, *& in ternis* Cyprianus Mockema *Regnis*,
Forti victrici decorarunt tempora lauro.
Friſo *ita cum multos ſibi conciliaſſet amicos*,
Auctaque vicinis iam plebs numeroſior eſſet;
Tertia ab adventu, decimaque æſtate ſuorum
Conſenſu Procerum, *Fratri permiſit utrique*
Cedere, & hinc alijs Sedes ſibi quærere terris.
Qui mox diſpoſitis, aſſumpto milite, rebus,
Solverunt Stavora, *reparatis navibus, illa*
Littora labentes vaſtato, quæ Cimbrica Tethys
Alluit Oceano; donec felicibus ipſum
Auſpicijs intrant, Zephyris ſpirantibus, Albim;
Atque Hadelerio *ſubducunt carbaſa portu*.
Empto ubi pro fulvo, priſcis ſi credimus, auro
Pulvere ab indigenæ, ſparſimque in littore iacto,
Lata ſuperponunt, invitis Caſtra Thuringis,
Marteque defendunt acri, Primordia Sedis
Saxonicæ *gentis, ſua quæ tentoria fixit*

Vibius à Groveſtens radendi verticis Author:
Nec voluit pravus, nec nimis eſſe bonus. *Doco Martna* in effigiem eius. a Morbum ſimulans hoſtem, fide data, ad colloquium vocavit, & in Caſtrum vi protractum, captivum tenuit. Hinc vulgo Suobbe Lautwe/id eſt Punica fides. *Vorp.* lib. 4. erat autem *Sicconis Ziardæ* filia, & trium illuſtrium *Hottenganorum* Mater.
And. Corn. Ubbo.
b *Euſumani* Gruem, avem vigilem, in galea pro Inſigni habent.

And. Cornel. lib. 2.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 3. cap. 10.

Godefrid. Viterbienſis.

Vitekindus Corbeienſis.

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2. cap. 7.

 Poſt quo-

Poſterior Sedes Nör: dalbingia dicta fuit.

Poſt quoq; trans Albim. ſed et hæc per fœdera et arma
Cum ſtabilita forent; partito milite Bruno
Cum fratre, alterius paulo petit altius oram

Cornel. Kemp. lib. 1. Suff. de Origine Friſ. lib. 3. cap. 10.

Fluminis; ac verſus ponit ſua Caſtra Viſurgim,
Brunſuicumque vocat proprio de nomine, qua nunc
Crevere in magnam, progreſſu temporis, vrbem:
Sicut & in celebres fratrum duo ſtemmata gentes.
Interea ſummo mentis conamine Spartam

Suff. in Strena, & alibi

Friſo ſuam poliens Druydes creat; erigit Aras,
Iura facit populo; leges pronunciat æquas;
Furca Prædones eliminat, aggere Pontum;
Limitibus diſtinguit agros, & paſcua foſſis,
Cunctaq; ruricolis apte diſponit Alumnis,
Singula diſtribuens peragenda negotia natis.

Andr. Cornel. 1. ex Scharlenſe.

Prima tamen cultus fuit illi cura Deorum
Semper, vt & Soboli cunctiſq; nepotibus vſque
Ad pia noſtrorum devotaq; tempora Patrum:
Cœnobia exurgunt friſicos tot nempe per agros
Templaq; ſacra, pari quot habet Provincia tractu
Nulla per Europam, ſed & olim vita fideſque
Relligioſorum miris ibi ſplenduit actis,

Feſtum celebratur 7. Martij.

Prodigijſque ſacris: Fredericus Paſtor in Hallum
Conditor ac Abbas Mariæ venerabilis Horti

Sibrand. Leo in Vitis Abbat. Horti B. Mariæ.

Defunctum puerum ſacra ſine fonte lavacri
Reſtituit vitæ; ſicco pede tranſiit Amnes,
Godſchalcumque pium Goſſinga ſtemmate natum

a Cœnobium Virginū in Friſia.

In a Bethleemenſi trabibus recedentibus AEde
Fractum crura ſuis precibus ſanavit: & alter

a Vita huius extat Steinfeldiæ. Feſtum celebratur 13. Novembris.

Abbas ac vates ſacer appendiſſe a Siardus
Siccanda ad radios memoratur pallia Solis.
Emptum ligna novo cum te Daventria Templo

Sibrand. Leo in Vitis Abbatum Horti B. Mariæ.

Forte petens rapidis æs amiſiſſet in vndis,
Abbas Ento precum ſola virtute Crumenam

Ex Iſal

Ex Iſala inſueto ratatamen more recepit.
Noctu AEdem Elocus *viſens pede* Liauckema *nudo*
Dæmonis obiectos in Lidlum *deſpuit ignes,*
Quo ſuaſore (Roſas quantumvis veſtis odoras
Sacra daret) laica mox eſt à gente necatus.
Sed quoque Evermarus *Divi cum buſta* Iacobi
Viſerat, & ſancti peteret iam Præſulis oſſa
Servati, Haccone *eſt* Chriſti *iugulatus ab hoſte;*
Qui Ruthis *poſitus ſacrata eſt* Friſius *AEde*
Martyr & à Tongris *magno decoratur honore,*
Cum ſeptem Socijs Theca Signiſque refulgens.
Tantus erat fidei Walfrido *fervor ut eius*
De Bedum *nudo veſtigia nuda ſequenti*
Nulla Gronenganam *glacies frigeret ad AEdem;*
Vnde à Normannis *gnato cum Martyre cæſus*
Radfrido *in pago hoc ſacra quoque ſplenduit vrna:*
Coniuge Theraſia *ſecum recubante beata.*
Quin Bacafænenſi Dodo *pius egit Eremo*
Mira, fugans morbos & Dæmones vſque protervos:
Hic magna in Sylvis operans confinibus Haſchæ,
Tetrum illum extinxit divino numine morem,
Quo nullum occiſum terræ mandare ſolebant
Friſii, *in Authorem ni mors prius vlta fuiſſet,*
Aut fratrem aut aliquos Authori ſanguine iunctos.
Vigboldi *Abbatum taceo Signa atque* Richardi,
Poptetique *ſacram mirando germine frondem,*
Ex ipſo Athletæ creſcentem Corde ſepulti:
Namque ab Vliſbona Saracenis *vrbe fugatis,*
Palma pijs cæſi naſcens Victoris in extis
Floruit; vt Friſica *præſertim pube Duciſque*
Auſpicijs huius vivo poſt funera ſigno
Ipſe ſuos Chriſtus *fuſos oſtenderet hoſtes.*
Quin Cruce ſignati claro de Stemmate multi,

Dæmon obiecit trabem igneum. *Sibr. Leo* in Vitis Abbat. *Lidlemenſium.*

Feſtum celebratur 1. Maii. *Molan.* de Natal. *SS, Belgij.*

Molan. ibidem *Kemp.* lib. 3.

Feſtum utriuſque celebratur 3. Decembris.

Vita huius extat *Coloniæ* apud *Carthuſianos* obijt Anno 1231.

Thomas Cantipratenſis in libro de Apibus.

Vorper. lib 2. *Molanus* de Natal.

Petrus Thaborita in Supplemento *Vorperi. Hopperus* in Epit Rerum *Friſic.*

Oliverius Scholaſt, Colonienſis.

Friſones in Sancta Chriſti pro nomine Terra
Pugnando, æternas meruerunt ſanguine palmas.
Quippe Ludigmanna præluſtri Stirpe Iarichus

And. Corn, ex Vlieterp. lib. 2.

Editus, & Thiepco ſupremus Fortema ad vrbem
Fortiter audendo ceciderunt ambo Nicæam.
Epo quoque Hardmannus, nec non Sicco acer ibidē

Vbbo Emmens lib. 7.

Liauckema bellator: cuius patruelis in ipſis
Eilco ſtetit Solimæ victor (laus inclyta) muris;
Botnya ſemianimis iacuit, Præfectus vterque
Militiæ egregius, lauroque inſignis Equeſtri.

Horum omnium res geſtas in Terra Sancta conſcripſit Vilco Iaerſma: qui Elconi Liauckemæ á Secretis fuit, teſte Vlieterpio.

Sed terram hanc ambo peterent dum forte ſecundó,
Cum ſocijs aliquot deceſſit Liauckema Ioppæ,
Et luctu ingenti Sancta eſt tumulatus in vrbe;
Rege ipſo, Collega Equitum Feccone magiſtro
Botnia, & agnato comitante Epone feretrum.
Quin Vbco Hermana, ac Igo quoq; Galema, crebros,

Igo Galema, ad Cæſaream læſus, Antiochiæ honorificè ſepultus eſt. And. Corn. ex Vlieterpio. lib. 2.

Ambo per aſſultus Turcarum, vulnera paſſi,
Cum belli Socio Boemundo Principe captam
Antiochi pulſis intrarunt hoſtibus vrbem.
Galema vbi (læſus ſub Cæſaris vrbe) celebri
Pompa inijt tumulum, ſed & Hommema fortis & Heerma,
Hommo, puta, & Watzo, pariter cecidere Minoris
In Campis Aſiæ Cammenga, Ockyngaque vero

Cum Balduino ſecundo.

Captivi à Barthis Solimæ cum Rege retenti,
Sicco & Watzo diu magno ſunt ære redempti.
Inclyta ſed Goffo, perpeſſi vulnera Rhorda,
Heſſeluſque ſuos petiere Hermana penates;
Et pugil Ockynga celebris de Stirpe Zalengus.

Cæſar. lib. 8. cap. 66. Vbbo. lib. 8. 9. 10. & 11. Oliverius Scholaſt. Colonienſ. oculatus teſtis.

Claros hac ſileo ductos à gente triumphos,
Quos ſub Vliſbona, quos ſub Ptolemaide, nec non
Vrbe Tunetana, de cæſis hoſtibus olim,
De Mariæ Portu, de captis Gadibus egit:

Heſperiæ *populis præſtans ſolamen & Afris.*
Nec Friſonum *latuit* Damiatæ *ad mœnia virtus,*
Quando è compactis Fiveliugius Haio *Carinis* — *Vincentius* in Speculo.
Excelſa inſilijt turri ſævoq; flagello
Ferreo agens Turcas *& Signa hoſtilia prendens* — *Vorp. Thaborita.* lib. 3. cap. 18.
Muralem meruit Socio Eburone *Coronam.* — *Henricus Eburo*, ſocius *Haionis.*
Quando Teutonici *Pugil Ordinis ille celebris* — *Petrus Thaborita* in Supplemento *Vorper.*
Lambertus *valido ſolus* Terprypius *auſu*
Centum vltra inſidias ipſi Socijſque ſtruentes
Curribus incluſos pagana è gente peremit.
Quandoque Menoldus *belli Dux inclytus* Onſta — *And. Cornel.* lib. 3. *Vbbo* lib. 10.
Cæſari Aquiſgranum *per capta ſuburbia ſubdens,*
Herculis *Arma nigrum peperit ſibi morte Leonem:* — Leo niger aureis unguibus in Scuto ſanguineo Inſigne *Onſtanorum.*
Virtutem vnguiculis ſignantem, fata colore.
Friſica *Signifero veteri de more* Tetardo — Antiqui belli Duces Vexillum quoddam peculiare Caſtris præferebant, unde & Vexilliferi vulgo à *Friſiis* dicebantur, ut hic *Dodenga, S. Magnus, Onſta* & alii.
Caſtra reducenti magna cum laude Dodenga:
Partis hoſpitijs & libertate videndi,
Relliquias iſta Divorum ſemper in vrbe:
Teſte Foro ac Ara claro [a] *Diplomate teſte.*
Caſtra ſed & numero ſtatuens æqualia Natis
Partibus impoſuit Friſiæ *Septemplicis aſtu,*
Littoraque & ripas circumlabente marino,
Quæ ſunt temporibus dicta Selandiæ *avitis.* — a Vide Dipl. ad calcem lib. 2.
Quas & diſtribuit ſepteno flumine ſectas, — *Suff.* in Strena & alibi.
Friſo *ſua genitor bona ceu Feudalia Proli,* — *Suff.* de Orig. *Friſ.* lib. 1. cap. 9.
Conſtituens vni reliquos parere Clientes, — *Friſo Feudorum* inventor & author. *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 1. c. 1.
Propexoſque manu læva prendente Capillos
Et dextra huic digitos ſuperimponente gemellos, — Mos Iurandi antiquus hinc eſt quod vulgo dicitur, Friſiis non eſſe credendum, niſi pilos in manu habeant.
Per Stavonem *Iurando Deum ſolenniter illi*
Devincire fidem, quam Fid dixere vetuſti
Friſones *vnde ſuum nomen poſt feuda tuliſſe* — Fid-halde, id eſt, Fidem ſeu promiſſum ſervare.
Principiumque volunt populis tum cognita nullis
Scilicet Europæ *nunc vero celebria multis.*

Sed libertatis ſaperent cum forte ruinam,
Exoſa à Friſiis, *& mox ſublata videntur.*

Ex relatione *Æmconis Gauconij* Pretoris *Smallengerlandiæ*, aliorumque ſenum noſtratiũ.

Iurandi hunc vero Chriſti *ſub lege parumper*
Mutavere modum; proq́ ipſis crinibus haſtam
Prændentes (Schotam vulgo dixere) ſiniſtra,
Dextram Euangelio ſuper impoſuêre vocantes
Verum ipſum in teſtem, reiecto Stavone, *Numen.*

Aquas has vocabant Tſettelfang, ferrum vero Handyſſen. Vide leges *Friſiæ* antiq fol. 12. hinc eſt quod duram aggredi vulgo dicatur. Tis en Handyr-ſen oen to gæen.

Iurantiq́ fidem Friſii *ferventibus undis,*
Vel ferro ignito, quod dextera nuda gerebat,
Perſæpe indicijs exploravere tremendis:
Vt quoq́ res dubias, & crimina plaraq́ tecta.
Nec raro, in ſpatio, novies veſtigia ſeptem,

Circus ſeu locus duelli latus erat pedes 63. leg. *Friſ.* fol. 14.
Æſga Iudex ex parte Poteſtatis. *Schelta* ex parte Comitis. ſeu Delegati *Cæſaris* in *Friſia.* Ibid. fol. 6. & 7.

Complectente truci, lis eſt diſcuſſa, duello,
De Latrocinijs, alijſque enormibus actis:
Æiga *ipſo, &* Schelta *pugilum luſtrantibus arma,*
Iudicibus; fierent ne qua contraria legi
Diro hoc de tragico quondam Certamine lata.
Exigui ſed res pretij, culpaſque minores,
Quæ nulli certo conſtabant; [a] pane comeſto

[a] Mos adhuc aliquo modo apud *Friſios* in uſu.

Cum ſale, iuranti condonavêre, fidemque
Teſtibus his ſacris, ſacris habuere Statutis.
Quin Friſii *miris ſunt uſi ſortibus: una,*

Sortes *Friſiorum* antiquæ.
De Sortibus hiſce *Friſiorum*, vide *Mart. Delrium* Diſquiſitionum *Magicarum* Tom. 2. lib. 4. cap. 4.

Talos de virga, nam præcidêre gemellos,
Vel plures, ita ſi res forſan poſceret, alba
Quos obvolventes lana; ſignoque notantes
Quiſque ſuo, ſacris Altaribus impoſuêre:
Poſtq́ preces fuſas, hos ſuſtulit inde Sacerdos
Ordine, ſive puer, cuiuſque eſt talus in Aris
Vltimus inventus, reus eſt hic creditus, atque
Delicto aſſcriptam compulſus ſolvere mulctam:

Heroldus de legibus gentium antiquis.

AEre quidem mulctam, ſed pœnam ſanguine nemo;
Nec puto ſacrilegus, ſi quiſquam forte videri
In caſu hoc potuit; nam lex hunc priſca iubebat

Orbum

Orbum teſticulis, ambabuſque auribus orbum,
Deponi in bibulæ, ſiccato littore, arena,
Vt ſurgente mari divino vindice ab æſtu
Sacrorum hic raptor ſacris occumberet armis.
Sortes vero iſtas, ſeu talos ore vetuſto
Tænos à virgis ſalicum radicibus ortis,
Vel ſorte à digiti forma dixere pedalis.
Hoſce etiam ritus Friſonum *ſervaſſe clientes*
Arbitror, & Comites, qui Feudi nomine terras
Poſſedere ſuas; qualis Tecoburgicus *olim,*
Et veteris Caſtri, Benthemicus, *atque* Stadenſis,
Ac forſan Cuneranus *erat, vetus accola eorum*
Lucorum ac Lacuum; qui vulgo Almere *vocati,*
Nunc Mare in Auſtrinum ſunt eluvione redacti.
Flandria *certe undis exploratricibus, atque*
Ferro actus dubios ſolet expendiſſe; recepto
Priſcis à Friſiis *(ni fallor) more lutoſæ*
Huic, olim ad Schaldin, terræ dominantibus ipſi,
Quam multo à Limo Waſiam dixiße videntur,
Et Traiectenſi *ſacræ aſſcripſiſſe Cathedræ:*
Flandriæ *enim hæc* Friſicæ *pars ſubfuit unica Sedi.*
Haud tamen Hengiſtum *nigra olim ſorte paterno*
Privatum Regno memorant his ritibus uſum
In terris Britonum: Friſio *licet Oſcula more,*
Mutua, & extenſas, poſt ſuavia pocula, dextras,
Iungere ibi docuit: nec Ebiſſam *deinde Nepotem*
Eius in Angaria; *veterum qui munere Regum,*
Hanc tulit in Feudum; Friſicæque *Inſignia terræ:*
Vtpote Nymphea folia illa rubentia; quæ nunc
Corda humana putãt. ſed Equus datus ater et huic eſt,
Nomen avi, ſortemq́; notans: quem Carolus *album*
Fecit, vt è ſacro Vitekindum *fonte levaſſet:*
Hinc folia Angariis, *hinc* Veſtphala *Cornipes Arma.*

Vetus ſacrilegorum pœna. *Ianus Douſa* in *Batavia* ſua, qui & *Hollandos. Friſicis* olim legibus uſos eſſe ſcribit lib. 7.

Comitatus hi *Friſiæ*, an omnes Feuda fuerint non conſtat.

Mare Auſtrinum lucis lacubuſque olim ſcatens. **Almere** dicebatur quaſi totum vel omnino Mare: ut liquet ex Vitis SS. *Bonifacij* & *VVillebrordi*. Vide *Flandriam Marchantij*, ſub *Balduino* 7. Vide *Egenhardum* l. 4. c. 17

Waeſe *Friſiis* limum ſeu lutum ſonat. *VVaſia* olim ſub *Traiectenſi Friſiorum* Epiſcopatu fuit, *Meierus* l. 1.

Angli tam in tradendis poculis, quam excipiendis hoſpitibus oſcula & dextras more *Friſiorum* jungunt. Vide Epiſt. *Eraſmi*, ad *Fauſtum Andrelinum*.

Vide Theatrum noſtrum Reg. Pontif. & Principum *Friſiæ*.

Hengiſt. *Friſiis* Equum ſonat.

Vtque no-

Crantz. Sax. lib. 2.
Inſignia *Angariorum & Veſtphalorum* à *Friſiis* donata ac profecta ſunt.
Suff Sterckenburg.

Vtque novum firmo ſtabiliret fœdere Regnum
Friſo *dedit natos mox quatuor ordine primos*
Natabus Regum ſibi proxima ſceptra tenentum:
Primævumque ſuum nulla non arte politum,
Suobbinæ *Regis* Suevorum *filiæ* Adelem
Solenni imprimis ritu ſociavit ad ipſam
Sacram Aedem (Friſiis *qui mos fuit vſq;*) *ſagatum*
Erecta puero Sponſum praeunte machara,
Inſtructaque Colo depexam virgine Sponſam.
Quippe ſui officÿ ſic commonuiſſe volebat
Ambos ut domus huic illi eſſent prælia curæ.
Enſe hoc ſponſali ſed & vxor mæcha ſolebat
Plecti vir mallet ni forte remittere Crimen:
Crimen apud Friſios *vix notum, credo, vetuſtos*
Fama pudicitiæ quos reddidit vſque celebres.
At Vitho *fratrum* (*dictus quoq;* Iutho) *ſecundus*
Prognatum Bocho Cimbrorum *Rege* Cumeram
Duxit & in dotem Regni confinia ſumens
A ſocero Friſios *traduxit in illa Colonos,*
Fundavitque Iuthas *vel* (*ceu venerabilis illos*
Beda *vocat*) Vithas *ſed &* Heſſus *Vatibus* Heſus,
Et Friſiis Hetto *ſocialis fœdere lecti*
Condidit illuſtres Cattorum *montibus* Heſſos.
Ducta Haio *aſt nata* Chaucorum *Principis* Heila
Factus & Hermanæ *eſt &* Camgæ *Gentis origo:*
Vtraque præclaris ſemper quæ ſplenduit actis.
Hiſce ita connubÿs factiſque celebribus omnì
Cum populo charus devinctus Regibus eſſet,
Totaque ſuſpiceret Friſonis Germania *nomen:*
Conventu celebri procerum communibus illi
Sunt commiſſa ſimul duo clara negotia votis;
Nempe Viæ *&* Ponti; *paſſus quo publicus eſſet*
Tutus ab incurſu, tanto doctore Latronum;

Mos *Friſiæ* antiquus Sponſum Sponſamq; officii ſui commonēs.

Vide Leges *Friſ.* Synodales.

Vide *Corn. Kemp.* lib. 1. & *Bart. Anglicum.*

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 2 cap. 5.

Suff. in lib. de Coloniis *Friſiorum* nondum edito.

Suff. Sterckenburg. in Genealog. Nobil. *Friſiæ Camga* hodie *Cammenga.*

Suff. in Strena & de Script. *Friſiæ* Dec. 1. c. 1.

Nec mare

Nec mare piratis, nec fluctibus arva paterent
Amplius, aut hoſti Germanica *littora* Dano.
Armaq; prædictis ceu conſona Symbola rebus
Decernuntur ei totique illuſtria genti;
Terna in cæruleo ſpumantia flumina campo,
Nymphææ folijs ſeptem rubicantibus herbæ
Conſita: naturam a *gentis ſignantibus, atque*
Septifidæ terræ; quæ bello ſæpius etſi
Disiunctim interno fluitare videntur, & æſtu
Semper uti folia hæc, ſtabili radice cohærent;
Et fluctus pariter reprimunt, hoſteſque repellunt.
Sunt illa aucta tamen Beroaldo *Inſignia Rege,*
Quatuor adiunctis folijs cum flumine, Regni
Scilicet Occidui Friſiæ *præluſtribus Armis.*
Tum quippe extremi per mortem Regis Elini
Faſcibus unitis, unita videntur & Arma;
Arma Omlandiacis *vel adhuc ſplendentia ſcutis.*
Friſo *ergo hæc magno cum ſuſcepiſſet honore*
Munia ab Ordinibus: Natus ſe Iutho *marinis*
Hoſtibus oppoſuit; curam Schipuariæ adeptus,
Cum duris vario decertans alite Danis.
Ne vero nimium peteret temerarius hoſtes,
Edicto genitor a *ſolenni cavit, in altum,*
Ut nemo ulterius labente excurreret æſtu,
Quam reflua poſſet ſurgente recurrere Theti.
Galo *Cataractas paſſim dedit; atq; ſtruendis*
Præfuit aggeribus; quorum tunc uſus in ora
Nullus erat noſtra, late dominantibus undis:
Undis, Diluvij quæ tempore ſeu cataclyſmi
Cuiuſdam (varios nam ſenſit Friſia*) magni;*
Forſan, ab oppoſitis Neptuno *collibus, iſtud*
Avulſere ſolum; vada quod ſpatioſa, lacuſque,
Deſeſſu generans, proſtratis pondere Sylvis,

Cappid. Stavrienſis in Eccleſiaſt. *Friſiæ* hiſtor.

a *Friſii* licet domi ſæpe armis pene inteſtinis concidiſſe viderentur, contra hoſtes tamen exteros, reſumtis quaſi viribus, ſtrenue ſemper & unanimiter ſe defenderunt.

Septē rubra Nymphææ herbæ folia, in tribus argenteis trabibus fluminum inſtar oblique per ſcutum cæruleum ductis prima teſte *Cappido Friſiorum* fuere Inſignia: poſt unita autē Regna fol. 11 & trabibus 4. uſi ſunt. Ut liquet ex libro de Gloria Mundi *Hoppero*, & aliis. Præfectura Maris, *Friſiis* olim Scipuaria dicebatur *Suff.* in Apologia.

a Vide leges *Friſiæ* antiquas.

Scripſit hic quoque de ſtruendis aggeribus. *Suff.* de ſcript. Dec. 1.

Vide de hac re *Sax.* Grammat lib 14. & *And. Cornel.* lib 2.

Arbores adhuc paſſim ſub terra illa bituminoſa Euroauſtrum verſus ſtratę reperiuntur: ex qua *Friſii* ceſpites (vulgo Turf) ad ſtuendos nunc ignes effodiunt.

Solis in hibernum truncis vergentibus ortum,
Deſuper incubuit, gratam nunc ignibus atro
Ceſpite materiam, ſiccoque bitumine præſtans.
De cuius pluvia, coctumque Hyperionis igne,
Si verum eſt, longa gigni putredine ſulphur;

Cimoſcum quendam *Friſonem* ſclopeto primum, & pulvere tormentario uſum eſſe, *Franciſc. Orioſtus* refert

Nitrum hinc tormentis Friſonem *conflaſſe* Cimoſcum
Arbitror, hoc primus qui pulvere ſcribitur uſus,
Ignitumque globum ferro extorſiſſe cavato.
Bartholdo *attribuit tamen id* Germania Nigro.

Scholto cauſarum Criminaliũ Iudex: & Viæ regiæ, quę *Riduaria* dicebatur, Præfectus à patre conſtitutus eſt. *Suff.* in Apolog.

Crimina Scholtoni *ſed caſtiganda, ſecundum*
Priſcam Iuſtitiæ normam, legeſque paternas,
Demandata ferunt: & paſſus clima, viaque
Publica, ab Oſtiolis Rheni *tendentis ad arva*
Cimbrica: Veſtphaſicos *longo quæ tramite fines*
Tranſcurrens, veteri dicta eſt Ridvaria *genti.*

Tencterus Trentiam, & *Tubans Tuentiam* inhabitaſſe ſcribitur. *Francus* vero *Friſiam* Orientalem & finitimas veterum *Chaucorum* ſedes *Reuſnerus, Vbbo*, & alij.

Riduariæ ſeu viæ Regiæ limites vide in Codice legum *Friſię*. fol. 26.

Tencterus, *atq;* Tubans, *erat huic incluſus, & omnis,*
Chaucigenæ, *ditio* Friſiis *tum proxima,* Francis
Qui patriæ fluvijs Amaſoque Vidroque *relictis,*
Advena nunc Ligerim *victor bibit atq;* Garumnã,
Vt vero infeſtos arceret rite latrones
Scholto, *viam caſtris hanc ſeptem munijt, atque*
Præſidijs totidem: quorum tria maxima latos
Tutabantur agros; & cætera quatuor amnes,
Rhenum, Albim, *ac* Amaſum, *Friſioque in rure* Viſurgim.

Prima *Friſiorum* arma ut patet ex legibus ipſorum. Electione 5.

Armaque grandævo ſumens à patre; Ligonem,
Haſtam, Enſem, & Clypeum, furcatoq; ore bidentem,
Ire Equites, Pedites, tutas dedit ire quadrigas.
Ac primum (apparet) largis, per flumina, Stlatis,

Scholtæ in Tranſiſulania etiamnum Scholden appellantur.

Seu Scholdis, ut adhuc alibi dicuntur onuſtos,
Pondere cum toto, currus tranſmiſit equoſque:
Nam quoque Scholtonis *cenſentur nomine* Iberis,

Qui Con

Qui Conductores vulgo dicuntur; agreſtè
Cantabriæ invecto fortaſſe vocabulo, ab eius
Nato olim Schotto: *borea qui pulſus iniquo*
Hæſit ibi paulum Friſica *cum claſſe, priuſquam* — *Suff.* In Præfat. lib. de Script. *Friſ* Vide Colonias. *Friſiorum* l.1.
Viſeret Albanam, *Socijs extorribus, oram*
Subderet, ac Schotici *donaret nomine Regni.*
Sed reliquos etiam nolens torpeſcere Natos
Friſo *duos, unum divinis legibus, unum* — *Suff.* in Apologia.
Præficit humanis: quorum qui Iunior Æſgo,
Ius populo dixit, liteſque diremit acutus
Iuſtitiæ vindex: ut Reges inde, Duceſque,
Ordo Poteſtatum fecit quoque; & ille verendus
Franekeræ *è noſtra ſelectus gente Senatus:* — Curia *Friſiæ, Franekera Leovardiam* tranſlata eſt, Anno 1504.
Qui nunc Palladia *reſidens* Leovardiæ *in Arce,*
Cæſarias leges, & patria iura tuetur.
Huius Hagæ-Comitis Bucho *pius* Ayta *Decanus,*
Et patriæ ſolers Franca *legatus in Aula,* — *And.* Cornel. lib. 10.
Principij pars magna fuit; lauſque inclyta (Præſes
Poſtea Traiecti) *legum doctiſſimus* Hector
Hoxvirius; *nec non* Kempo *quoq;* Martena, *qui ſub* — *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 11. cap. 2. & 3.
Saxone *res patriæ geſtas, & Cæſare ſcripſit.*
Cum toti friſico *venerabilis ille praeeſſet*
Conſultus Canonum [a] Gerbrandus Boelema *Clero:*
Follega *quem coluit Paſtorem; Curia Patrem.* — [a] Parentis noſtræ patruus. Commiſſarius in Spiritualibus per *Friſiam* generalis. Familię meminit. *Suffridus* de Script. Dec. 17. cap. 1.
Haio *Sacerdotum Princeps fuit, atque Magiſter,* — Scripſit hic de [illegible]ijs Aris, ac Sacrificijs. *Suffr.* de Script. Dec. 1.
Præfectuſque Dei divinæ Stavonis *Aulæ;*
Aulæ quæ veterum gentili tempore Patrum,
Sacra fuit Druydum domus, et Schola valde celebris,
Illo ſtructa loco, quo nunc Leovardia, [b] *Templi* — [b] Vulgo Oldehooff.
Relliquias viaet hac ſervantes nomen ab Aula.
Hagio materna, quadam velut omine, lingua, — Hagio appellatur à *Hieron Hemmenges* in Genealog. Princip. *Germ.*
Dictus hic eſt infans; nam rerum cura ſacrarum
Omnis apud Druydes, Oracula, litera, & artes;

Et tot.

Suff. in Præfation. de Script.

Et tota arcanis contenta ſcientia libris,
Quorum rarus erat populo tunc uſus agreſti;

Suff. de Sript. Friſ. Dec. I. cap. I.

Quantumvis aliquos ſecum devexerat iſtuc,
Nonnullos etiam Friſo *conſcripſerat ipſe*
Litterulis græcis, proprioque idiomate; ſicut
Tum quoque filioli, dociles fecere Nepotes,

Vide Scripta & geſta horum Druydum ad calcem libri.

Atque ipſi Druydes Gymnaſia prima regentes:
Occo, *puta, &* Poppo, Serapio, Synna, Vithones
Herconeſque *graves, & territus ille* Sivardus,
Qui de natura Ciceronis *ſcripta Deorum,*
Doctrinæ hæreticæ Stavonis *damnavit in Aula*
Publice, & exuſsit. fluvio Burdone *favillas*

Sigebertus; Mejerus & alii. *Ganguinus* hunc perperam *Radbodum* vocat.

Excipiente ſacras: qui tum ſinus æquoris illa
Littora lambebat; nunc oppilatus, agerque eſt:
Claraq; Popponis *Præfecti claſsis, ab ipſo*
Devicti Carolo Martello, *contegit oſſa;*

Sta friſice Mare, *Vtganga* exitus, hinc Siatutanda: erat enim Portus ad ſinum Maris. Brollen Friſiis antiquis conſpicilla: Pypen fiſtulas ſonabant. *Vtho* ad Colloquium de nocte admiſſus, abſconſo Regem lapide in tentorio necavit, & fuga evaſit. *Sibr. Leo* in Collectaneis. Hinc vulgare iſtud, Wacht vp voor Vthie/ hy heeft en Steen in de muthie.

Non procul à veteri (cuius Phœbeia *Phœnix*
Franekera *è cinere eſt)* Vtganga, *ſcilicet, vrbe;*
Quam Siatutandam *vocitat* Ptolomeus, *eratq;*
Portu olim & rivis & pontibus inclyta ſtratis,
Quos vulgo à forma Brollos *dixere* Pipoſque;
Namque vno hi, binis fulgebant arcubus illi,
Franekeræ *quales & adhuc* Leoverdiæ *habentur.*
Hanc vrbem exuſsit Rex quondam Danicus; *at non*
Ille Sigefridus; *vafro cui Strenuus auſu*
Hoſti Vtho *ſimulans patriam ſe prodere velle,*
Abſconſo, admiſſus, confregit tempora, ſaxo:
Prædoneſque truci populantes Dongrica *niſu*
Littora Friſiacis, *letho Ducis, expulit oris.*
Regali illuſtres vtraq; ab Origine, Princeps
Ergo Adel; Iuthię Vitho *conditor,* Heſſidis Hetto;

Suff. in Strena.

Haio *Sacerdotum Præfectus,* Scholto *viarum,*
Galoque *eluvij frænator, & Arbiter* Æſgo

Iuſtitiæ

Iuſtitiæ, partus, ſunt Agathocleidos Hillæ,
Et Friſonis *ſeptem: quorum fuit vnica tantum*
Filia; quæ miſera, ceu poſthuma, nata parenti,

Vorper. Thaborita. lib. 1.

Patris ab interno, eſt Vimoda, *dolore, vocata;*
Cui dedit in Dotem genitor quoque poſtea terram,
Quæ modo Bremenſis, *quondam* Vimodia, *dicta eſt.*

Terram hanc *Franci* & noſtrates *Vimodiam, Alb. Stadenſis Vihmodam. Crantz. Vigmodiã* appellat.

Huic tres filioli clara ſunt Indole nati,
Fortis Hadelricus, *pugnax* Kedelinus, *& acer*
Tithmarus; *Populi quorum de Semine creti*

Cern. Kemp. lib. 2. c. 20

Tres olim friſica *pro libertate leguntur*
Aſpera cum Dano *geſſiſſe, &* Saxone *bella.*
Hiſce ita diſpoſitis, Friſo *cum forte timeret,*
Ne genus, & Sobolem, præclaraque facta Nepotum,
Invida letheis oblivio mergeret vndis:

Suff. de Orig. *Friſ.* lib. 3. cap. 4. & de Script. Dec. 7. cap. 3.

Condidit inſignem, ſacras prope Stavonis *Aras,*
Sub gnati Haionis *tutela,* Bibliothecam;
Depoſuitque in ea, vel quos conſcripſerat ipſe,
Vel ſecum exilÿ tulerat ſolatia libros.
Nec ſecus ex eius decreto poſtea Nati
Hic ſua condebant, hic fortia facta Nepotes;
Teſtamenta Patrum, Leges, Iura, Acta, Statuta
Publica; fagineis inſcriptaque Fœdera chartis,
Tum Germanorum, *vel nomine teſte, Libellis.*

Fagus vulgo en Boekenboom/ hinc libri à *Germ.* Boeken appellantur: nam in aſſerulis fagineis olim ſcribere ſolebant.
Vide *Suff.* de Script. Dec. 8. cap. 3.

Extera iungentes patrÿs, divina prophanis,
Hiſtorias reliquis: interque has Scripta Ioſephi,
Forſitan, & Moyſis, *monumentaque* Patrocliana;
Quæ citat Alvinus *noſter* Snecanus *in Almis*
Rythmiacis illis maiorum Annalibus, ipſam
Semigenæ prima referens ab Origine gentem

Rythmi olim, ſeu Cantilenę, Annales erant Germanorum. *Tacitus* de Moribus *German.*

Friſonis, *& Regni damnum fatale paterni,*
Tonſoriſque dolos, fraudemque Agrammis *iniqui*
Regis; in hiſtoria quorum celeberrimus ille
Indiaca *meminit* Quintus *quoque* Curtius *Author.*

Q. Curtius lib. 9.

Primus, [a] Apellea, Friſiæ *Rex*, *arte*, Richoldus,
Maiores Stavoræ *poni curavit in Aula:*
Oppida ſunt [b] *peregre, peregreque erecta Trophæa;*
Et paſſim Friſici *fulgent monumenta laboris.*
Stant [c] *Aquilæ in* Chili, *ſub* Nili *fonte* [d] *Leones;*
Præclari lapides Neomagi, [e] *Marmora* Romæ;
Sylvæ in Veſtphalia, Tecoburgi *publica* [f] *Signa,*
Publica in Angaria, *ſacro* [g] *Diploma Sigillo*
Munitum Arnhemi, Traiecti *Dia* [h] *Sepulchra;*
Templa [i] Monaſterj, *Portæque* [k] Coloniæ, *&* *Ara*
Cum Foro [l] Aquiſgrani, Friſiorum *geſta loquentes.*
De quibus (externos taceo longeque remotos)
Hiſtorici noſtri Solco, Vlieterpius Occo,
Cappidus, *& reliqui tractarunt ordine; quorum*
Inclyta, Suffridi, *Decades dant nomina* Petri.
Quin ſacra in Antonj, *pictis Inſignibus, AEde,*
Lovanij, friſicas *memorant Altaria, Lauros:*
Per Phœbi *vigilem, populo trepidante, Cohortem,*
Quod (puta) Martinus *quondam* Roſſemius, *iſta,*
Heltilio, *&* Feita friſiis *Ductoribus, Vrbe,*
Fortiter excluſus, cum Gallo *aufugerit, hoſtis.*
Namque opus hoc Cæſar tanto eſt dignatus honore,
Vt ſua cum friſicis *conceſſerit Arma reponi:*
Nobilitans Pugiles claris mercedibus ambos.
At quoque ſollicitus Maiorum more ſuorum,
Ne nimia, in pingui, Pubes torpeſceret, agro:
Friſo, *Oſtraciſmi duram tulit, atque timendam*
Magnis, cum parvis, excepto Principe, legem.
Sic [a] Schottus *Dux, nempe* Schotos: *ſic condidit* Anglos
Hengiſtus: *celebreſque alios perſæpe coactum*
Reddidit exilium: Cœſa ſic matre Leana,
Cum Brunſuicenſi, *Catulos,* Harlengius *exul*

a *And. Cornel.* ex *Scharlenſ.* lib. 1.
b Oppida in *Veſtphalia, Hollandia, Anglia* & alibi à *Friſiis* poſita.
c In *Chili* Aquilę pictæ ſculptæque more friſico inventæ ſunt.
d Leo Crucem tenens, Inſigne *Ioannis Presbyteri Friſii: Munſterus,*
e Inſcriptiones horum Trophæorum, vide ad calcem libri, vulgo het Frieſen holt Weel.
f Inſignia à *Friſiis* olim donata, & adhuc ibidem in uſu.
g Diploma *Sigiſmundi* Cæſaris.
h Sepulc. S. *Fred.* Martyr.
i Templum S. *Pauli* Cathedrale.
k Vulgo der Frieſen Poort
l de *Aquiſgrano* vide *Vorp.* lib. 5 cap 30.
Vno Heltilius, & *Severinus Feita Friſii,* Studioſorum *Lovanienſium* Capitanei *Mart. Roſſemium* cum Exercitu *Gallico* urbem occupare conantem fortiter repulerunt Anno 1542. *Cyp. Vomelius* in l. Sylvarum. *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 11. cap. 10. *Antipendium* Cæſareis *Friſiciſque* Inſignibus ornatum cum hac inſcriptione Concordia Res parvę creſcunt. Ibid. in Æde S. *Antonij* adhuc extat.
a *Suff.* in Præf. de Script. *Cornel. Kemp.* lib. 3.

Obtulit

Obtulit Hiddo *Duci, ſylvis præfectus ab illo,*
Roboris ergo fuit, ſic Dani *Regis* Haraldi
Factus militiæ pugil eſt primarius Vbbo:
Qui quadraginta, centumque & quatuor ictus
Telorum excipiens; viginti quinque Suecis,
Enectis cecidit: ſic demum Regis Iberi
Nuper Ioannes *viguit* Gerbranda *ſupremus*
Trans Iſulam *Iudex; & clarus Marte* Iarichus
Liauckema; *præſigni fulgens Chiliarchus honore*:
Gloriaque imprimis Dekemanæ *gentis Iulus,*
Illuſtreſque alij plures, belloque togaque
Extorres Friſii, *quorum arma & nomina iunctim*
Regnerus *celebrans decoravit* Solckema *ſcripto.*
Quinetiam Friſii *crebro emerſere peregre*
Sponte recedentes, Phœbi *vel* Martis *amore*:
Qualis Cæſareis quondam Iotſardus *in armis*
(Octo pedum vaſti menſuram corporis implens,)
Extitit; inſignis Milo friſicus *ille, caballum*
Qui durum occidens pugno, pedes ivit, & hoſtem,
Adverſos Equites, ingenti Strage cecidit:
Qualis uterque fuit, Frederico, Martena, *primo:*
Cum Mediolanum *cingens hic Cæſar, alacrem,*
Omnibus, inſigni, Iuvenem præfecit, honore,
Heſſelum *turmis Equitum: iuſſitque* Doconem
Corporis eſſe ſui Cuſtodem; fidus in Amne
Qui ſecum perijt. qualis Chiliarchus, Equeſque,
Covordique *fuit Satrapes* Renicus *ad Vrbem*
Venlonam, *imperitans* Caroli Burmania *Caſtris.*
Qualis Belgiacæ *ſecreti maximus Aulæ,*
Concilij, Præſes, Divique Hierarcha Bavonis,
Viglius Aſtrææ *vindex fuit inclytus ille*
Auratus Zuichemus *Eques, Pater uſque vocari,*
Qui meruit Patriæ. qualis celeberrima Legum

Saxo Grammat. lib. 8. *Henricus Pantaleo.*

Ioannes Vrdt Gerbranda Cancel. *Tranſiſulaniæ.* *Iarichus Liauckema* Chiliarchus. *Iulius Dekema* Senator & Vicarius Baronis *Billæi* Regis Catholici in *Friſia* Gubernatoris.

Sub *Claudio* Imperat.

And. Corn. ex *Vlieterp.* lib. 2.

Præfuit Caſtris tranſiſolanis: teſte veteri de hac obſidione pictura.

Suff. de Script. Dec. 12. cap. 10. *Aub. Miræus* de Viris Illuſtribus. *Suff.* de Script. *Friſ.* Dec. 12. *Aub. Miræus* Ibidem.

Suff. de Script. Friſ. Dec. 12. Aub. Mir. ibidem.

Gloria, Ius redigens primo Ioachimus *in Artem,*
Privati magnique fuit pars magna Senatus
Et Cameræ Hopperus *Præſes Regalis* Iberæ.
Qualis amor Phæbi Themidiſque Georgius *almæ,*
Denique Rattaller Traiecto *Præſes in Vrbe*
Friſo fuit. Viltis *magno Regnante* Philippo,
Per ſua, cum reliquis ſplendens, Monumenta, duobus.

Suff. de Script. Dec. 13. cap. 2. Guicciardin. in Deſcript. Belgij.

Libertatis erat ſed & inculcatio iugis
Friſonis, *ad Natos, & commendatio ſumma:*
Præcipiens illis, nulli ſe ſubdere genti,
Nulli ſervitio Friſonum *niſi ſanguine digno*
Libero, & immuni: quod & altis mentibus ipſi
Non ſolum nati, ſed & inſcripſere nepotes,
Mandati illius memores, cum nobile Francis
Ceſſerat imperium, Radbodo *Rege fugato.*
Nam virtute pari, Romaque, *&* Saxone *captis:*
Commendata ſtatim Libertas illa, peracri
Marte reportata eſt: nec tantum vindice Magno,
Reddita tum Patriæ: ſed & impartita Colonis
Griſonibus *ſedemque novam figentibus agro*
Helvetico Friſiis, *vel adhuc gaudentibus illa.*

Corn. Kemp. lib. 3. cap. 1.

Vide Bullam Car. Magni ad calcem libri.

Magnus Fortema Dux Friſior.

Vide Colon. Friſior. l. 1

Quin ipſa eſt Procerum tunc acquiſita Poteſtas,
Septem ſecla vigens Ariſtocratica: nec non
Arma ea, virtutis ceu publica Signa vetuſtæ,
Quæ modo reſplendent Friſiæ *ſeptemplicis inter*
Teſſerulas, bini celeres, fulvique leones;
Auricoma pariter cum Libertate notantes,
Noſtræ illa impigræ duo fortia prælia gentis,
Roma *quibus domita eſt, & vinctus* Saxo *cathenis.*
Quin etiam Cæſar, *decus immortale, Coronam*
Imperij, friſicis *Inſignibus, addidit; ipſo*

Friſia ſub Poteſtatibus ſeu Ariſtocratia, fuit Annos 696.

Moderna Friſiæ Inſignia Virtutis avitæ, & Libertatis perpetuæ ſymbola.

Præſule

Præſule Romano *rem collaudante* Leone.
Vt liquet ex Caroli *ſacro Diplomate* Magni,
Quod Sigiſmundus *Cæſar, Cæſarque* Guilhelmus,
Et plures alij, Germana *è gente, Monarchæ,*
Poſt quoque, ad æternum, firmarunt gentis honorem:
Teſtibus Auguſto munitus robore Bullis.

Vide hæc Diplomata ad calcem libri.

Tandem Friſo *ſenex cum iam moribunda dediſſet*
Membra toro, fratrum quo demonſtraret amorem
Mutuum, ad imperij multum conducere vires;
Symbolon exhibuit, ſeptem, memorabile, Natis;
Tela ſimul clauſa; totidem frangenda, pharetra:
Quod præſtare modo cum tali nemo valeret,
Solvit; & oblatam fregit ſibi quiſque ſagittam.
Hoc quidam attribuunt decies cum Prolibus octo,
Neſcio cui Schytico, *factum laudabile, Regi:*
Sed numerus, res, & pharetrarum forma refellunt,
Et iacula, & faſcis varijs inſcripta monetis,
Hunc ſeptenarium non excedentia noſtrum.

Suff. in Præfat. libri de Script. *Friſic.*

In Regalibus *Hiſpani*cis, & varijs Fæderatorum Belgij Numis.

Mutuæ amicitiæ cum Symbolon ergo dediſſet
Inſigne hoc Natis; monuit quoque protinus illos
Vt curam populi gererent: ne ſcilicet vlla
Factio orıretur, neve inteſtina ſimultas;
Quæ bene fundatum poſſent ſubvertere Regnum.
Verum mandati poſt ſecula multa paterni,
Prô ſcelus, immemores, ſumma feritate, Nepotes
Mutua, ſtrinxerunt diros, in viſcera, cultros;
Vetcoperos *inter, mercatoreſque* Schyringos,
Cum Centaurorum, *& Lapitharum fabula luſa eſt.*
Vendebant illi tauros, hi viſcera, ſive
Inteſtina, Schyrens etiamnum dicta Gronengæ;
Lætaque ducebant pariter Convivia; donec

Vulgo Schyringen en Vetcopers.
Vide de Origine hujus crudeliſſimæ & damnoſiſſimæ Factionis. Suff. de Script. *Friſ.* Dec. 8. cap. 2.

*Lance vna in grandi (*Friſicam *dixere patellam)*
Fercula bis ſeptem toſta ac elixa tenentes
Ordine diſpoſita, & menſæ mandata rotundæ;
Nullo ad quam faſtu iuveneſque ſeneſque ſedentes,
Cantabant patrio dulces idiomate Rythmos;

Huius Cornu *Plinius* & *Solinus* mentionem facere videntur.

Et vaſto è Cornu circlis ſpendente coruſcis
Pótabant hilari coniunctim pectore, donec
Forte ſemel vellent aliquem decernere Regem

De Stulta Factioſorum in ſtruendis focis rixa, adhuc ex fama conſtat cum hi ceſpitem, illi prunam igni ſuperimponendam vellent.

Ex ipſis, menſæ patrio qui more praeſſet:
Cumq; alijs, alij nollent parere, cruentas
Ventum eſt ad pugnas, convicia, vulnera, cædes,
Factioq; enata eſt Lernæ crudelior hydra;
Confeſtim Friſiæ *ſeptem per flumina ſerpens,*
Omniaq; inficiens feralibus arva venenis;
Damna, neceſq; feras cauſantibus, inq; ſtruendis
Ignibus (hic pruna dum tegmine gaudet, & ille

Mos erat abſumptorum boum funes, in patina quadam, ſub finem menſæ apponere, & veſcentes ita rurſum ad novas prædas inſtigare. Vulgo 'tgheſpil inde patels.

Ceſpite) veſanam, dictu mirabile, rixam:
Quam bovis abſumpti, præda, monitore, novandæ,
Funiculo in patina poſito, menſaq; ſecunda,
Militibus, famuliſque dato, mos fovit ineptus.
Quin ipſi externo ſunt uſi Marte: Schyringis,
Saxo, *feris, primum, mox &* Burgundus *adhæſit:*
Grataq; Vetcoperis *promiſit multa* Sycamber:

Vetcoperi vulgo Gelderſche. Schyringi vero Burgoenſche dicti ſunt.
Carion. & *Surius* ad Annum 1517.

Haud tamen ablata eſt, mutavit Factio nomen.
Factio, cui nulli Proceres, nulluſque Sacerdos:
Nec per geſta quidem Pyrrhus *tot fortia* Magnus:
Quantumvis rotulas, furcaſq; inſcriberet Armis,
*Speratum potuit (*Batavûm *Crux) indere finem.*
Dijs, nempe, Auſtriadum *ſervantibus illud honori,*

Suff. de Script. Dec. 4. c. 5. apud *Alvinum* mendoſe *Coverdia* pro *Kyburgo* legitur.

Cæſaris Hapsburgi *venientum Stirpe* Rudolphi.
Huius quippe fuit Princeps Kyburgica *mater,*
Sanguine de friſio *Chronicis teſtantibus, orta:*

Gondobaldi huius meminit *Cappid.* in Eccleſ. *Friſiæ* hiſtoria.

Ex Gondobaldo *deſcendens exule forſan;*

Nato illo

Nato illo extremi Friſiorum *Regis, vterque*
De quo Radbodus, *de quo* Guntharius *olim,*
Creditur Antiſtes quoq; prodiviſſe ſacratus:
Illuſtriſq; Comes Didericus, *munere* Balbi
Cæſaris, imperitans Heduis: *& nobilis heros*
Ille Hollandorum *Comitum genearcha* Gerolphus;
Qui primo has terras in Feudum accepit aquoſas
Cæſare ab Arnulpho; *quas Nato contulit eius*
Carolus *hinc* Simplex Diderico, *nominis huius,*
Primo inter Comites Hollandos: *ſicut avitis*
Hiſtoriis docet, & claro Diplomate Douſa:
Quanquam alii à Calvo *donatas* Cæſare *ſcribant.*
Sed quoq; quas Hamo, quas piſce celebris Aſello
Factio permultis lites nutriverat annis
Auſtraici *proavus* Caroli *paulo ante* Philippus,
Dux illa, expulerat Friſia Burgundus, *alacres*
Quam ſibi ſubdiderant, Comites, Florentius, *atq;*
Ioannes, Batavi; Veronam, *Conſule Fobo*
Prodente, Emporium, fatali, turpiter, auro;
Cum quo nunc recubans, turri ſub vindice, putret.
Quin hemiſtichium vetus eſt, quod nobilis huius
(*Ecce Cadit Mater* FrIsIæ) *cladem indicat vrbis,*
Litterulis ipſum ſignans numeralibus annum;
Sicut docta refert Adriani *pagina* Iunj,
Geſta ſuæ Patriæ, Batava *tum gente, notantis.*
Sic igitur plenus decedens Friſo *dierum,*
Egregius Princeps, & noſtra gentis Origo;
Hæredem Regni Natum relliquit Adelem.
Plus nonaginta titulo qui Principis annis,
Præfuit imperio, populo gratiſſimus omni,
Teutonico *imprimis; cuius de nomine tota*
Nobilitas voluit Germanica *dicier* Adel.
Multa videretur nimis huius Principis ætas,

Sur in vita S. *Radbodi.*

Aimonius hunc *Theodoricum* vocat.

Vide *Bataviam Douſæ* lib. 5 & Diploma *Gerolpho* huic ab *Arnulpho* Cæſare datum ibidem.

Didericum primum *Hollandiæ* Comitem *Meierus* cognomento & *Molanus* natione *Friſium* fuiſſe ſcribunt.

Factio *Hollandica*, vulgo Hoek en Cablaus

Friſia Ciſrhenana, ſeu Occidentalis.

Proditor hic vivuus cum auro ſuo defoſſus eſt, & turris ei ſuperimpoſita. Chron. *Hollandiæ.*

Adr. Iun. Hornanus in *Batavia* ſua.

Suffr. Sterckenburgius

Suff. de Scipt. *friſ.* Dec. I. cap. 2.

Ni foret Indiaco vivaci ſemine cretus:
Quod dedit & plures Friſonis *durare Nepotes*
Longius, atque octo Solii *bis claudere luſtra:*
Sicut in Vbbone *eſt, & principe cernere* Aſinga.
Quin Comes Hollandus, *firma cervice, ſecundus*
Vltra octoginta legitur rexiſſe decembres:
Ridſcoque *eo, plures; Dinaſta* Amlaudicus *ille*
Ielmera; *connubio cui gens ſucceßit* Herenga,
Candida prælustri vincens ſua lilia prole.
Quæ modo per tædas, mutata voce, iugales,
Sub Cammengano *celebrari nomine gaudet;*
Materno, patrios, exornans pectine, flores.

a Rexit annos 85. iuxta *Becanum* & pleroſq; alios. *Douſa* incertos putat.

Archiva *Amlandica*, ex Relat. Secret. defuncti, *Vpco* tamen *Burmania* pauciores ponit. In Genealogijs Nobiliũ *Friſiæ*.

Lilium, Inſigne *Herenganorum* Pecten *Cammenganorum*.

Rarus erat Friſiis *argenti numus, & auri,*
Tum quoque, cum reliquis, corium ſignantibus vri;
Namque ipſa à pecude eſt, Fia dicta pecunia primum,
Teſtibus antiquo ſcriptis idiomate libris.
Poſt tamen è fulvo, Ducibus regnantibus, ære
Præfecto à friſico Tecoburgi *cuſa moneta eſt:*
Ac præter veterum diverſa numiſmata Regum,
Cammengæ, *ac* Ziardæ, Reinaldæque *aurea quædam*
Gentis adhuc extant; legato, ſingula quorum,
Cæſaris, extremus fertur donaſſe Poteſtas
Dekema: *quo* Friſonum *Regalia iura probaret.*
De quibus & leges iſtæ meminere vetuſtæ,
Quas Indulta vocant: quæ cum Civilibus, atque
Iuribus electis, Placitis, Synodalibus, Actis,
Decretiſque Patrum; nunc prælo excuſa leguntur.
Sed ſcripta, ac Friſonum *quondam munita Sigillo*
Publico erant; in quo ſculpta hæc fulgebat imago:
Vir ſtans armatus frondente ſub arbore, ſervans
Erectam in dextra frameam, ſtrictumque ſiniſtra,

Fia olim à *Friſiis* tam pecus, quam pecunia dicta fuit. Codex legum *Friſicarum* fol. 6. & paſſim.
Ex libello quodam manu ſcripto.

Iulius Dekema Poteſtatum ultimus obtulit *Othoni Langio* Legato Cæſaris Anno 1494.

Indulta vulgo Keſten Iura Civilia Landtriuchten: Electa ſeu Electiones Kerzen. Placita Wilkeuren. Synodalia Sindriuchten. Acta, & Decreta Wen den Doemen Suengen, etc.
Forma Sigilli publici antiquæ *Friſiæ*.

Nixum

Nixum humero gladium: problema illuſtre, verendas
Iuſtitiæ leges, & gentis robora ſignans.
Ius vero hoc patrium Romano *poſtea miſcens*
Friſia, *ſub Domino mutavit* Saxone multum:
Ceu docet is parvus; vulgo qui dicitur Ordo
Saxonicus, *Codex: in quo* Leo Donia, *curſim,*
Atque Buho Vibius *memorantur* Iollema, *vterq́ue*
Prætor, & Aſtrææ vindex laudabilis almæ.

In Codice, quem vulgo d'Ordinantie van Saxſen vocant *Leo Donya* & *Buho Vibius Iollema*, patris noſtri avus maternus, ſoli ex Prætoribus memorantur.

Huic Doniewarſtal *(quo poſt ego munere functus*
Eius ſum pronepos) Wymbritſera *ſubfuit illi*
Prætura; his Friſicis *in partibus vtraque prima;*
Nempe in Weſtrachia, Septem-Sylviſque: *tenetur*
Pro capite Æſtrachiæ, Leovardica *ſed Gretenya;*
Vt Libri impreſſi teſtantur, & Acta vetuſta.
Deprimis varient quamvis nunc ſæpe duabus.

Tres primę, in *Oſtergoa, VVeſtergoa,* & *Septem Sylvis,* Prętur æ.

Hinc Vbbo, *& reliqui porro Regeſque, Duceſque,*
Heroeſque graves, Friſonis *de ſanguine, nec non*
Plerique inſignes, Divini Numinis Arcæ,
Deſcendere Patres iſti qui clave ſacrata,
Cœlica panderunt maioribus Oſtia noſtris.

Suffridus Sterckenburg.

Non tamen Ægiſtus, Petri *Comes, atque ſodalis,*
Diſcipulus Domini; Roma *qui miſſus ab vrbe,*
Primus ad has noſtras acceſſit Apoſtolus oras.

Varnerus de Laude antiquæ *Saxoniæ.* *Cappidus Staurienſ.* in Eccleſiaſt. *Friſiæ* hiſtor

Nam cum Romanis, *ipſoque* Nerone, Tubantum
Ob vacuas quando certaret Friſia *terras;*
Legatos geminos, Hermana *ſtirpe, celebres,*
Ac Cammengana, Verritum, Mallorigenque
Diſſidij miſit feralis nomine Romam.

Verritus Hermana & *Mallorix Cammenga* Legati. *Cappidus* lib. citato.

Qui ſibi præferri quoſdam cum forte viderent;
In Pompeiano *magna cum laude Theatro*
Surgentes, coram proclamavere Senatu,
Nullos eſſe fide, nullos virtute priores
Germanis *populis; aſcendenteſque repente,*

Vide *Tacitum* lib. 13.

Conſedére loco Friſiorum *Principe digno:*
Quem, puta, Legati repræſentare volebant.
Amboque donati ſunt iure ac vrbe Quiritum,
Cæſaris aſſenſu. ſed & almis fontibus iſtic

Cappidus lib. citato.

Ægiſto, *in Patriam, Divo comitante, fideles*
A ſancto abluti Petro, *rediiſſe leguntur*
Illo ipſo, friſicis, *fidei qui primus in oris,*
Salvifico, cæcam, ditavit lumine gentem;

Suff. de Script. *Friſ.* Dec. 2. c. 4.

Vt quoque Legati (proprijs ſed in Aedibus) ipſi:
Perpes, apud quorum, radij ſcintilla, nepotes,
Permanſiſſe ſacri, ſexcentos ſcribitur annos,
Regis ad Adgilli *felicia tempora primi.*

Chron. *Holl.* Diviſ. 2.

Nam ſacra Chriſticolis, Conclavia ſtructa, puellis,
Annales, Lemo *produnt, regnante ſecundo;*
Qui bina Adgilli, *prævertit ſecula, mortem.*

Guilh. Heda. Ioannes Becanus.

Sub quo Koniochus, Cuniberto *à Præſule miſſus,*

In honore S. *Thomæ* Apoſtoli.

In Friſiam *fidei devenit præco ſecundus,*
Chriſtiadum ſtatuens Traiecti *primitus ÆEdem.*

Laur. Sur. Tom. 6.

Venit & Eligius Noviomo *præſul ab vrbe:*

Beda Angl. hiſtor. lib. 5. c. 29.

Præſul Eboraco Wilfridus *venit, in almo*
Qui Friſiæ Anglorum *ſudavit primus Ovili.*
Poſt hunc Armoricis *multum iactatus in vndis*

Marcell. in vita S. *Suidberti.*

Laudando acceſſit Wigbertus *Presbyter auſu:*
Inſigni friſicæ *(prô) Zelatore ſalutis*

Beda Angl. hiſtor. lib. 10. & 11.

Egberto, *ac alijs vento, oraclíſque retractis.*
Sed pene hic duro, fruſtra ſub Rege, laborans,
Radbodo, *geminos* Anglus *cum triverat, annos,*

Feſtum S. *Egberti* 24. Aprilis.

In patriam rediit: Socijſque ibi pluribus auctus,
Egberto Friſiam *rurſus ſuaſore reviſit:*
Anglorumque *patrum Cœtus venerabilis ille*

Marcel. in vita S. *Suidb.* *Vorp.* ex Chron. *Leidenſibus.*

Clarus Apoſtolico numero: ſed clarior actis,
Appulit, & Friſiis, *ſacra myſteria legis*
Deprompſit patrio, ſeu Congentilibus, ore.

Hujus ab

Huius ab Hengiſti *deſcendens Stemmate Princeps*
Willebrordus *erat: qui* Traiectenſis *inunctus*
Et Regni Friſiæ *totius Epiſcopus, vltra*
Schaldinq, *et* Vahalim, *mitra regnavit, et* Albim.
Quando Monaſterj *nec* Bremæ *ſcilicet eſſent*
Præſulum adhuc Sedes poſitæ: quibus omnis eoa
Poſtea trans Lavicam *ſubiecta eſt* Friſia *rivum.*
Hic igitur ſanctos confinem Præſul in oram
Emittens ſocios divini roris vbique
Spargere iuſſit aquas. ſacer Adelbertus *inundans*
Hollandos *adijt:* Trentinos, *Martyr vterque,*
Ewaldi *pariles:* Wilibaldus Teutonis *arva:*
Flandriacos *Martyr pavit* Levinus *alumnos:*
Siccaque cæleſti Batavorum *fonte rigavit*
Corda Werenfridus: Marcellinuſque Tubantum;
Plechelmo, *&* Salicis Lebuino *adiutus, in oris.*
Sed quoque Suidbertus Friſiorum *Regibus ortus,*
Clarus prodigijs: Abbas Vniboldus; *&* Acca,
Perpete cognatam potarunt nectare gentem.
Ipſe autem, vt paſtor, Regni totius Ovile,
Wigberto *ſocio, iugi pietate, fideque,*
Flandrorum *à* Poldris, Chaucorū *viſit ad* Ogas.
At Foſtæ *&* Stavonis *funeſtis expulit Aris,*
Fortiter humani, libamina dira, cruoris:
Munda Deo faciens longe gratiſſima Patri
Sacra, Crucis paſſim Chriſti *fulgentibus Armis;*
Quæ roſeo tanquam Bonifacj *ſanguine tincta,*
Eius adhuc ſanctæ rutilant Inſignia Sedis:
Quam multi Heroes friſio *de ſanguine, nec non*
Illuſtres alij rexerunt ordine Patres;
Sasbolduſque *vigil poſt Archiepiſcopus, omni*
Cura, ægro intendit, Papæ Legatus, Ovili.
Impia, Wigbertus *ſed,* Foſtælandica *quando*

Friſia olim ab *Achtcarſpelenſi* Prætura ad *Nordanum* uſq; agrum *Monaſterienſi* ſubfuit: reliqua vero orientem verſus, *Bremenſi* Diœceſi.

S.Marcel. in vita *S. Suidberti.*

Sur. de Sanctis, Tom. 3

S. Radbodus de laude *S. Lebuini.*

Poldren loca in paludibus eminentia & ſicca: Ogen vero Inſulas à ſimilitudine Oculi dixerunt veteres: ſicut hodie à forma Ovi, Eilanden.

Crux rubra Inſigne *Traiectenſis* Diœceſis.

Kem. ex Vorp. l. 3, cap. 8.

Numina turbaret; Radbodi *concidit enſe:*
Et primus Friſicis *illuxit Martyr in agris.*

> *Ionas Fontanellenſis* in Vita S. *Vulfranni.*

Quin Chriſti *hic, ſacro ductus* Vilfrannus *amore,*
Gangulpho *ex* Hedua *prælustri gente ſodale,*
Quinque Fidem docuit Senonenſis *Præſul ariſtas;*

> a *Vorperus* & complures alij, Longius autem hæc, quam plærique ſcribunt, ante mortem *Radbodi* accidiſſe diſceſſus S. *Vulfranni* ex *Friſia* convincit: inter quem, & obitum Regis, anni bene 13. effluxerunt.

Cœlica prodigijs confirmans dogmata multis:
Et tamen atroci Rege eſt illuſus ab iſto;
Quem malus, oſtenſa, vitæ quaſi, ſede, futuræ,
Dæmon inaurata iam dementaverat Aula.
Babtizandus enim, paganos ille parentes
Cum colere audiſſet Regna infera; protinus ipſum
Fonte ſalutari Crus impius extulit: atque
Malle ſuis iungi multis gentilibus iſtic,

> *Meda* Dea quæ urbi huic nomen dediſſe ſcribitur ob infantum victimas *Medea* vocata eſt, cum *Venus* eſſet. *Suff.* de Colonijs *Friſiorum.*

Quam ſupra ignotis, pauciſque fidelibus inquit.
Ac Veneri Medæ, *ſueto de more, litavit,*
Sacra Medenblici *rurſus crudelia Divæ;*
Veſte huic fulgidula nomen quæ contulit vrbi,
Riteque ob infantum cædes Medea *vocata eſt.*

> *Vbbo Emmius* lib. 4.

Huius vero animam Stigius cum Pluto *Tyranni,*
Exta Medenblicum *ſepeliſſet,* Stauria *corpus;*
Afflictis Friſiæ *confeſtim mitior aura*
Chriſticolis flavit: *Natuſque* Adgillus, *& omnis*

> *Occo Scharlenſis*, ſeu *And. Corn.* lib. 1.

Regia pene domus, divino eſt fonte renata,
Comprimiſque pius Rex Gondobaldus, *inuncti*
Filius Adgilli, *iuxta ac ſucceſſor: vterque*
Zelator fidei, pacis ſectator vterque.
Hiſce ergo in Friſia *rerum potiuntibus, omni*
Augmento, & Studio, plantata eſt vinea Chriſti;
Radiceſque ſacras nullis obſtantibus egit,
Friſigenis *in ea multum ſudantibus* Anglis.
Et quamvis iterum poſt horum funera Regum,
Ethnicus ille ferox Radbodus *iunior, ante*
Suſceptum Egmondæ *baptiſmum, iugiter ipſis,*

Dira mi-

Dira minaretur ſacri cultoribus horti:
Haud tamen, Athletis fultus Bonifacius,*almis,*
Deſtitit huic paſſim vites inferre novellas;
Fonte rigare precum: ſurclos extendere Signis:
Et ſancta innocuos vita producere botros:
Impia continuo purgans ſarmenta labore.

Rex hic ſub finem, puto, vitæ, à *S. Adelberto* primum ad fidem, converſus eſt. Vide Epitaphium eius ad calcem libri.

S.VVilibaldus in vita ipſius.

Nec grave erat, teneras ipſo, conſpergere plantas,
Sanguine; quem magnus Germaniæ *Apoſtolus hic, &*
Friſiæ, Eobano, *fudit cum Præſule, Martyr:*
Cumque Athalario, Waltero, Wintrugioque,
Presbyteris: & cum Wilhero, Waccaro, Adolpho,
Ac Gunderharo *monachis: ternisque ſacrorum*
Stricbaldo, Haimundo, *nec non* Boſone *miniſtris:*
Et quadraginta, quorum ſunt nomina ſcripta
In Cælo, Socijs: vbi nunc ſimul, hoſte remoto,
Doccomij *meritum ducunt in pace triumphum.*

Cæſar Baronius Tom. 9. *Laurent. Surius* Tom. 3.

Hildebrandum quoque *Haimundi* ſeu *Haimunti* fratrem his addit Abb. *Tritemius*.

Vt quoq; Mattiacæ *Doctor prænobilis ille*
Gentis, Adelengo Fredericus *Stemmate natus;*
Quem, geminos mittens Traiectum *mœcha latrones*
More Herodiadis Lodovici *Cæſaris vxor*
Correpta inceſti, Sacris, Iuditha *peractis,*
Ipſa Pontificem perimi curavit in AEde.
Crudele & dirum facinus, multoq; piatum
Sanguine; Normannis *adeo vaſtantibus inde*
Imperium Belgaſque *ſimul,* Francoſque *nocentes,*
Vt nec ſit Clero, nec parſum Altaribus ipſis,
Sub quibus occiderat: profugis linquentibus vrbem
Præſulibus ſanctis: Hungero Friſone, *nempe,*
Ac ternis alijs: quorum fuit vltimus ille
Radbodi *Regis Soboles, & nominis hæres:*
Qui male Normannis *ſuprema voce precatus,*
Expulit vrbe hoſtes, & Divûm ſcriptus in albo eſt.
Huius Agrippinæ *Præſul* Guntharius *Aulæ,*

Heda, Barlandus & alij.

Vorper. Thaborita lib. 2.

Vbbo Emmius lib. 5.

Sur. de Sanctis Tom. 6.

Extitit, illuſtri, famoſus avunculus, ortu.
Friſia *Apoſtolicis capta iam retibus, vſque*
Ad Lavicam, *cura* Bonifacj *Martyris, atque*
Sanctorum Anglorũ, *quos diximus ordine, patrum:*
Ludgerus Friſonum *claris natalibus ortus,*
Emſgoacos *ſaltus, &* Banthica *luſtra pererrans,*
Chriſtiadum ſacros cœpit protendere caſſes:
Inque plagas Chriſti, *gnavus venator, agreſtes*
Cum populos, Amaſum *citraque egiſset, & vltra,*
Saxones, *&* Friſios, *&* Veſtphala *rura colentes,*
Bina Monaſteri *ſuſpendit Cornua (morum*
Scilicet & Fidei) præda lætatus opima,
Paulinaque, ſacro cui præfuit enſe, Cathedra.
Præſul hic Oraclis, & Signis claruit: Hoſtes
Poſt ſua preſſuros, Heriburgæ, *fata, ſorori,*
Normannos *patriam mœſtæ prædixit; & Acta*
Heroum Friſiæ *clarorum rite canenti*
Priſtina reſtituit Bernlefo *Lumina cœco*
Pluraque vt Hiſtoriæ produnt, miracula fecit.
Frater ei Præſul fuit Hildegrinus, *honoram*
Qui Selengſtadii *Struxit Protomartyris AEdem.*
Gerfriduſque *nepos, multa pietate coruſcans,*
Virtutum ipſius, nec non ſucceſſor honorum.
Willehadus Friſiis *merito venerabilis* Anglus,
Cum Willerico Tithmarſiæ *Apoſtolo, ad ipſos*
Buttiadas *properans, trans* Iadam, *tranſque* Viſurgim;
Stadenſes, Kedios, Vorſtræáque *prædia viſit:*
Gentilemque gregem cœleſti gramine paſcens
Primus Apoſtolica, Bremenſes *clave, bidentes*
Rexit, & eorum Friſiæ *fundavit Ovile.*
Anſcharius *vero Fidei creſcentis amore*
Præ reliquis fervens traiecit friſius Albim:

Extremoſque

Vorp. Thaborita lib. 2. *Verdenenſes* in vita ipſius.

Alluſio ad Inſignia urbis *Monaſterienſis* duo Cornua in galea geſtantis.
S. *Paulus* Patronus *Monaſterienſis. Crantz.* Metrop. lib: 1.

Suff. de Script. *Friſ.* Dec 8. cap. 3. *Alfricus* 3. Epi. *Monaſt*, in vita ipſius.

Crantz. Metrop. lib. 3. & 13.

Malan. de Nat. SS. *Belg.*

Crantz. Metrop. lib. 1. cap. 6.
Alluſio ad Inſigne *Bremenſium.*

Extremoſque ſua prognatos gente [a] *Colonos,*
Holſatico, *ſalſam potantes, gurgite, Lympham,*
Salvatoris aquæ dulci de fonte rigavit;
Cui primum Hamburgi *Diva cum* Matre, *ſacratus*
Condidit Antiſtes phanum. iuſſuque ſupremi
Pontificis, Danis *pariter* Suecíſque Gothiſque
Et toti arctoæ ſudavit Apoſtolus oræ.
Sede ſed hac pulſus Bremam *conceſſit; & iſtic*
Exul vtrumque regens, pavit Confeſſor Ovile:
Vnitumque gregem, ſuccedens impiger ipſi
Cognatus Stabulo fovit Rembertus *eodem:*
Arctoaſque pari docuit conamine gentes.
Vitho *Dei genitus* Stauonis Leovardiæ *in Aula,*
Oſnabruggenſi *præfectus Epiſcopus vrbi.*
Orbis ab Auriga eſt, Rota ceu digniſſima curru
Saxonico; Chriſti *tum dogmata prima vehenti*
Dogmata Catholicæ fidei; quam actus in iſta
Vrbe, rudem poliens, vna cum Cive, iuventam,
Præſul hic, erectis docuit Templiſq; Scholiſq;
Quam prope Bilthiacam *Præco laudabilis oram*
Poppo *miniſtravit, faciens miracula,* Danis:
Candentem indutus manicam, nec læſus ab igne
Flammivomo, fidei, ferro cedente, calori.
Quam pius, excelſo Regum de ſanguine natus,
Per freta, Ioannes Præſter, *per ſaxa, per ignes*
Adele, *ac aliis* Friſiis *Stipatus, ad ipſam*
Pertulit Æthiopum, *Cancri ſub ſydere, gentem:*
Niliacos *ſacro dulcorans nectare fontes.*
Quam quoq; Ioannes *fratrum laus prima Minorum*
Nuper ad Auroræ, felix proreta, cubile
Vexit, & Antipodas Chriſto *iam nomina dantes;*
Trans Arabum Pauli, *trans* Indica *littora* Thomæ.
Quam demum Andræas, *Sociorum de grege* Ieſu,

Crantz. hunc Gallum facit, ſed *Friſius* fuit, teſte *Suffr.* de Script. Dec 7 cap. 1.
[a] *Strantfriſios* & *Eidorenſies.*
Molan. de nat. SS. *Belgij.*
Normannis Hamburgũ vi occupantibus.
Suff. de Script. *Friſ.* Dec 7. cap. 1.
Crantz. Metr. l. 1. c. 3. Alluſio ad Inſigne *Oſnabruggenſium.*
Vbbo Emmius lib. 6.
Libertus Epiſcop. Berythenſis. Babtiſta Mantuanus. Nauclerus, Hopperus & alij.
Suff. de Script. Dec. 15. cap. 2.

Ex Relatione Patrum Collegij *Lovanienſis.*

Prima ſui Vilnæ *ſtatuens Collegia Cœtus,*
Duxit hyperboream Bocatius *ille ſub axem,*
Qui tribus in Friſia *doctis cum Patribus,* Ilſtæ

Andreas hic, *Philippus Hagius,* & duo alij Patres, cum iuventutem annis aliquot in *Friſia* docuiſſent, ſacris factionibus anno (ni fallor) 1567. exturbati ſunt.

Wolſendæque *Scholas præſigni lege gubernans,*
Ornabat teneram, vera pietate, iuventam,
Cum Status inciperet patriæ nutare vetuſtus.
Hoc Ipcoliga *viro,* Leovardia *nobilis illo eſt.*
Sic pia magnanimi Soboles imitata parentis
Friſonis *exemplum, ſe non ſolummodo natam*
Eſſe ſibi meminit: ſed amicis, atque propinquis,
Ac alijs etiam ſpatio, vel Stirpe remotis:
Præſertim in rebus fidei, normaque ſalutis;
Quam, nempe, à ſanctis acceptam Patribus atque

Friſia multos inſignes fidei *Chriſtianæ* Doctores in omnem circumquaque Regionem emiſit.
Crantz. Metrop. lib. 1. cap. 5.

Diſcipulis Domini, non hic ſatis eſſe putavit
Impartiſſe ſuis: nec ad omnem gentibus oram
Pene ſibi poſitis; ſed & in Regionibus, vltra
Caucaſios *montes, vltra* Garamantas, *&* Indos,
Diſtribuit populis lingua nec ſanguine iunctis.
Quin hanc ſæpe pio defendit percita Zelo

Vide Inſcriptiones Trophæorum aliquot apud *Kempium, Hopperum, Furmerium,* & ad Calcem huius libri.

Friſica *gens* Chriſti *fundens pro laude cruorem,*
Pro populo externo, pro Civibus, atque Monarchis;
Magnificis toto teſtantibus Orbe Trophæis.
Vincula nam præter, præter fera vulnera paſſos,
Quos taceo, Athletas; prælustri funere, certe,
Se Mahometanis *olim crudeliter Armis,*
Afflicto, impendit Rex Gondobaldus, Ibero.
Poppo Francigenis: Italæ *Dux* Fortema *genti:*

Horum omnium geſta ſupra paulo copioſius deduximus.

Preſſis Herco Schotis: Danis *trepidantibus* Vbbo:
Heerma Aſiæ *populis: Sanctæ ſe* Liauckema *Terræ:*
Nicææ Hardmannus: *ſe* Galema *Cæſaris vrbi:*
Rebus Vliſbonæ *tremulis* Poptetus: *in vndis,*
Mergenti, Armenicis, Fredetico Martena *primo:*
Cæſari Aquiſgranū *ſubigens ſeq;* Onſta Guilhelmo.

Atque alijs,

Atque alijs, alij pugiles, heroibus, acres:
Fortia multijugis ornantes tempora lauris.
Quorum, clara quidem, gemino cantata Libello,
Geſta, velut propero collectos pollice flores,
Hic aliquot Clio, *ſed paulo abruptius, atque*
Preſſius, extorri genio dictante, recenſet:
Semigenæ *illuſtri de ſemine* Friſonis *ortam*
Exili celebrans inſignem Carmine gentem.



IN ANNALES REVERENDI AC DOCTISSIMI VIri; Domini Suffridi Petri Leovardienſis; Canon. Col. ad SS. Apoſt. I. V. C. ac Ordinum Friſiæ hiſtorici Carmen Acroſtichon.

M*Artia,* Ianigenæ, *Soboles quid* Friſia Semi,
Arma manu quatiens, Cælo minitaris & Orco?
Raptane, magnanimos, quondam tua pignora, Natos;
Terrarum Solijs & rerum culmine dignos,
Inferno revocare paras? Regnumne ſuperni
Numinis, armata tentas invadere dextra?
Vanis parce minis, temeraria, parce labori,
Si ſapis, invictos furor eſt inceſſere Divos.
Herculis *expavit, fateor,* Proſerpina *vires,*
Ad Styga, Theſſalicis, *quando deſcenderet, oris;*
Mille ſed intranti metuenda pericula movit
Cerberus: *& magnis ad limina reſtitit auſis,*
Oribus infandam minitans tribus undique mortem:
Nec prius Admeti *Coniunx laudanda, ferocis,*
Intrepida, Alcidæ, *potuit virtute reduci;*
Vincta catenatis quam ſe fera bellua, collis,
Subdere victori, Clava domitrice, coacta eſt.
Marte [a] Gyges *celebris, terra fortiſſima proles,*
Ingens, centimanus, magno validoque [b] *Gigantum*
Robore, bella movens, Phlegreis, *horrida Campis,*
Iras nonne Deum ſenſit, [c] Iove *vindice? nonne*
Corruit, & faſtus cæſo dedit Agmine pœnas?
Arma quatis fruſtra, vana eſt ſine viribus ira.
Flecte Iovem *potius votis, & pectine* Ditem,
[d] Orpheaque Eurydicen *modulis imitare petentem,*

Lactantemque

Lactantemque truces, Citharæ dulcedine, Manes.
Lesbia *ſi deſit Lyra, vel ſi deneget hymnos,*
Enixos. propria moduleris arundine, [e] *Rythmos,*
Grandævi pariunt quales tibi funere [f] *Cygni,*
Atque hilares, paßim, ſepteno Naiades [g] *Amne.*
Nil metuas propera poſitis cape Barbiton Armis;
[h] Suffridus *calamo ni iam revocaverit Vmbras.*

Fallor? an heroas mitro lauroque micantes,
Regibus immiſtam video prodire phalangem?
Immo tuos cerno Natos; age ſuſcipe Mater.
Suſcipe, forte novi veniunt ad [i] *Iubila Sæcli:*
Inſpice ſignantes, virtutum pondera, greſſus,
[k] *Vultus ecce graves, en fortia pectora, certe*
Suffridi *ſolijs, & vitæ munere digna.*

Ianus *adeſt Pater ipſe bifrons, ni ſi fallit imago;*
Nudoque inijciens genitori pallia [m] Semus,

[n] Arphaxad, Cainam, Sale, *ac* Heber *atque* Phalegus,
Nec non Indorum *præcinctus more* [o] *Ragavus*
Neſcio quæ, iuncta, ferat hic vexilla, [p] *Corona,*
A Semo *Imperijs ſi non ſacrata* [q] *Nepotum.*
Longaque ſubſequitur ſine [r] *Nomine turba, relucens*
Externo cultu, miri [ſ] *ſplendoris; opinor,*
Semideos, Benedicta *dedit quos* [t] Phreſia, *Patres.*

Regia, [u] Cecropidum *redimitus, tempora, lauro,*

CVM ANNALES SVFFRIDI PETRI HISTORICI FRISIÆ,

PRAEMATVRA AVCTORIS MORTE, IN LVCEM non prodierent, & hæc noſtra Acroſtichis, quæ ijs præfigi debuiſſet, ob brevitatem Carminis, Perſonarumque, & Hiſtoriarum varietatem ſine aliqua ſibi adjuncta explanatione, non ita commode intelligi queat: Neceſſarium duximus. De Viris præſertim illuſtribus in ea celebratis, proſa hic aliquid elucidationis ſubjungere.

a Giges terræ filius, centum habuiſſe manus a Poëtis fingitur.
b Gigantes viri ſuperbi & robuſti, bellum cælitibus intulerunt.
c Iupiter Gigantes in Campis *Phlegreis* fulmine percuſsit.
d Orpheus Eurydicen uxorem a Dite & Manibus Cythara repetijt.
e Friſij Rythmos ſuos, Arundinibus ad id aptatis, cantillare ſolebant.
f Cygnorum in *Friſia* incredibilis, & maior, quam uſquã in *Europa*, copia. Cantator Cygnus funeris ipſe ſui, teſte Martiale, & multis alijs.
g Friſia olim fluminibus ſeptem, in totidem peninſulas diviſa fuit.
h Suffridus Petrus Leovardienſis hiſtoricus inauctoratus *Friſiæ* Heroas multos, *Orphei* inſtar, è tenebris Calamo ſuò vindicavit.
i Hiſtoricus hic Annales ante Iubileum edere, morte præpeditus eſt.
k Ex vultu & inceſſu plerunque Indoles Animuſq; hominis relucet.
l Ianus, ſeu *Noachus*, quod utrumq; Orbem viderat, bifrons dictus eſt.
m Semus nuditatem Patris ſui turpius cubantis, veſte averſus texit.
n Arphaxad, & ſequentes, recta Linea, juxta Lucam, à *Semo* deſcendunt.
o Semus trinepoti ſuo *Ragavo Phreſiæ* Regnum in *India* tradidit
p Coronam Chalybeam, & Vexillũ rubrũ, ipſi, Poſteritatiq; conſecravit
q Ragavus rexit *Phreſiam* cum Poſteris ſuis annos circiter 1600
r Nomina Poſterorum ejus ad *Adelen* uſq; patrem *Friſonis* ignorantur
ſ Indorum populus plerunque auri gemmarumq; amictu ſplendet.
t Phreſia, ob conſecrationem *Semi*, ut ajunt, *Benedicta* vocari ſolet.
u Friſo, Regno *Phreſiæ* pulſus, cum fratribus in *Græciam* ſeceſsit.

Ecquis

Ecquis ibi [h] *gladium dextra* [h] *remumque ſiniſtra,*
Verſat? & excelſus [i] *fratres ſupereminet ambos?*
Egregius noſtræ gentis (puto) conditor ille,
Regali de Stirpe [k] Friſo; *Patre natus* [l] Adele;
Excuſſit Solio [m] *mæchus quem tonſor avito:*
Ne quippe hic eius Nato pareret [n] Agrammi,
Dulce Solum Patriæ linquens (ita doctus [o] Athenis)
Indiaca *profugus petijt tua littora* [p] *Claſſe.*
Aſpice vt Arma micant, vſu ſplendentia longo;
Clara Ducum ſpolia & Pellei *dona* [q] *Monarchæ;*
Dona quibus Nati fulgent quoque; fit ſimul [r] Adel
Obvius, et Iuthię [ſ] Vitho *Conditor;* Heſſidis [s] Hetto
Cor [t] Haio *Druydum, Præfectus* [v] Scholto *Viarum;*
Tethis *itẽ Domitor* [u] Galo *aggere; et arbiter* [x] Ælgo
Iuſtitiæ; partus ſeptem Agathocleidos [y] Hyllæ.
Summus Imperij prælucet honoribus [z] Adel;
Signa Patris reliqui geſtant illuſtria Fratres;
Inſita, cæruleo, tria candida flumina, Scuto,
Mixta rubris ſeptem * *Nympheis: forſitan aut hæ*
Ipſa Arma; aut veteris reddunt diſcrimina terræ.
[a] Vbbo *ſubit Princeps,* Vbiorum *Conditor; atque*
Iuxta [b] *bis gemini, nec non trabe* [c] Grunus *onuſtus;*
Rure, ſui Statuit, viridi, qui nominis vrbem,
Indutus [d] *Chlamidem Zona viridante, nitentem.*
Duris [e] Aſconio *virtus exercita, rebus,*
Ornamenta Duci dedit, en, quam ſplendida, magnis,
Maiori titulo, [f] *ſeptem præeuntibus, aucto,*
Inque Duces totidem (declarant Pilea) miſſo.
Nempe premũt [g] Friſonem, *recto ordine, filius* Adel,
Impiger [h] Vbbo *nepos; Pronepos* [i] *animoſus* Aſinga:
Clarus [k] Diocarus; *clarus* [k] Dibbaldus *in armis:*
Laudeque par [l] Tabbo, *ſupremus nomine Princeps.*
[m] Aſconiuſque *potens,* [n] Adelbolduſq, [o] Tituſq,

h Multa terra marique bella geſsit,& pericula ſuperavit.
i *Saxo* & *Bruno* frates, *Saxonum* & *Brunſuicenſum* genearchæ.
k *Friſo* fratrum maximus, *Friſiæ* noſtræ Conditor & Archegus.
l *Adel* pater *Friſonis*, Rex *Phreſiæ* ex Stirpe *Ragavi* vltimus.
m Hic à *macho* tonſore, dolo vxoris ſuæ, veneno ſublatus eſt.
n *Agrammes* tonſoris filius,ejectis heredibus, Regnum ejus occupauit
o *Friſo* cum fratribus, Studijs aliquandiu *Athenis* operam dedit.
p Domum reuerſus, Claſſe *Germaniam* petijt, & *Fleuo* appulit.
q *Alexandro Magno*, ſpe recuperandi Regni primo militauit
r *Adel* 7. filiorum *Friſonis* natu maximus Princeps *Friſiæ* 2.
ſ *Vitho* ſeu *Iutho* ducta *Cimbrorum* Regis filia *Iuthiam* condidit.
s *Hetto* qui & *Heßus* dictus fuit, *Heſſiæ* nomen dedit.
t *Haio* Sacerdotum gentiliũ ſeu Druydum. vulgo Drupten/ Princeps.
v *Scholte* paſſus ſeu Viæ publicæ,quam Riduariam vocabant, Pręfectus.
w *Galo* Aggeres contra Maris fluuiorumque impetus erexit.
x *Æſgo* juſtitiæ excolendæ & adminſtrandæ curam habuit.
y *Hylla Agathoclis Thracum*, Regis filia, vel ſoror, vxor *Friſonis*.
z *Adel*, patri *Friſoni* in imperio ſeu Principatu ſucceſsit.
* *Septem Nymphea folia*, antiquiſsima *Friſiæ* ſeptemplicis *Inſignia*.
a *Vbbo* Princeps *Friſiæ* tertius, *Vbiorum* ad *Rhenum* Conditor.
b Poſt hunc quatuor adhuc Principes, *Friſiæ* viciſsim præfuerunt.
c *Grunius* ſeu *Gryns*, *Friſonis* ex filio Pronepos, *Gronengam* condidit.
d Alluſio ad *Inſignia vrbis*, *Trabem viridem*, in *Scuto candido* geſtantis.
e *Aſconius* primus *Friſiæ* Dux, Principibus ſucceſsit.
f *Friſia* ſeptem habit Principes, & totidem Duces.
g *Friſo* primus *Friſiæ* Princeps fuit. *Adel* filius ejus ſecundus.
h *Vbbo*, *Adelis* ex *Snobbina Suenica* filius, Princeps tertius.
i *Aſinga Aſcon* Princeps quartus ; ſub quo natus eſt *Chriſtus*.
k *Diocarus* cognomento *Segon*, quintus : *Dibbaldus* filius ejus ſextus.
l *Tabbo* ſeptimus & vltimus, huic enim 7. Duces ſucceſſerunt.
m *Aſconius* Dux, filios habuit *Adelboldum*, *Titum*, *Richoldum*, & *Radbodum*.
n *Adelboldus* natu maximus Patri in Ducatu ſucceſsit.
o *Titus Boiocalus*, ſucceſsit fratri *Adelboldo*; vterque ſine liberis obijt.

Vbbo

Robore præſtante, [p] Vbbo *acer*, *& inclytus* [q] Haron;
Ipſeque [r] Odilbaldi *vigilis*, *ſucceſſor* [ſ] Vdolphus:
Summa Ducum claudens, *alto*, *veſtigia*, *greſſu*.
Succeduntque nouem Reges, *qui Marte*, *Togaque*,
Inſignes olim, *cum* [s] *præcedentibus iſtis*,
Mille octoginta regnarunt octo per annos,
Indica, *ab aduentu noſtri cum Claſſe*, *Parentis*.
Sceptra tenent omnes, *haſtāq;* [t] [u] Richoldus *vterq;*
Verſat, [v] Odilbaldus *tenſo quos ſeparat arcu*;
Fortis equo ſequitur, *Duce cū*, [x] Beroaldus, [y] Yglone;
Francorum *Spolia*, *& fatalia lilia iactans*;
[z] Radboduſque *madens*; [*] Adgillo *ſeptus vtroque*
Ipſaque illuſtris nece [a] Gondobaldus; *& alter*.
Dentibus heu frendens, [b] *Nato comitatus vtroque*,
Infælix, *Solio*, *pulſus* [c] Radbodus, *auito*.
Parce tuis, *quid fles?* *ô* [d] Friſia, *parce capillis*;
En hic ſacra, *pio*, *quondam* [e] *Vexilla*, Ragauo,
Tradita per Semum, [f] Magnus *tibi* Fortema *reddit*.
Roma [g] *Aquilas defert*; *deuictos* Saxo [g] *Leones*:
Imperij Cæſar, *cum Libertate*, [h] *Coronam*.
Læuam ſi ſpectes, *Soboles quoque ſplendida*, *Regnis*
Externis venit; *et* [i] Schotto *cum Patre* Schotorum,
Occurrens, *malidos*, *Minor offert* [k] Friſo, *Colonos*;
Veſteque purpurea ſubeunt, [l] Didericus, *vtroque*
A [m] Lemo, *cinctus* [m] Dibbaldus, *& acer* [n] Elinus
Regni olim Occidui (*video*) *Regeſque Duceſque*.
Durus at is, *Corium*, *qui ponderat vſque*, *bouinum*,
Inviſus reliquis, *num forte* [o] Olennius *ille eſt*
Exactor Patriæ? *dictus noſtratibus* Hollo?
Nomen, *aquoſa*, *ſuum trahit vnde*, Hollandia; *certe*,
Sic reor: *en noſtris*, [p] Verrito, [p] Mallorigique,
Iunctus, *Legatis ſacer eſt* [q] Ægiſtus, *&* [r] Vbbo
Suecica *tela gerit*; *Lapidem fert* Vtho *cruentum*.

Cinctus,

p *Vbbo* filius *Richoldi*, *Aſconij* Ducis Nepos, Dux *Friſiæ* quartus
q *Haron Vbbo* Dux: hic *Didericum* Occidentalis *Friſiæ* Ducem fecit.
r *Odilbaldus* filius *Haronis*, & Nepos *Vbbonis*; Dux *Friſiæ* ſextus.
ſ *Vdolphus Haron*, filius *Odilboldi*, Ducum vltimus: poſt hunc 9. Reges.
s Principes, Duces, & Reges *Friſiæ* regnarunt ſimul annos 1088.
t *Richoldus Uffo*, ducta *Vdolphi* Ducis Sorore primus Diadema geſsit.
v *Odilbadus* primus Comes *Tecoburgenſis* Patri in imperio ſucceſsit.
u *Richoldus Odilbaldi* filius Angariam Cognato *Ebiſſæ* in Feudum dedit.
x *Beroaldus Elini* Regis gener, & *Richoldi* filius, vtriuſque *Friſiæ* Rex.
y Hic Duce *Yglone Galema Francos* vicit: ſed ipſe ab ijs victus interijt.
z *Radbodus Adgilli* filius, & *Beroaldi* Nepos Pedem ex fonte retraxit.
* *Adgillus* 2. filius *Radbodi*, primus Regum *Friſiæ* Chriſtianus.
a *Gondebaldus*, *Adgilli* filius, à *Saracenis* in *Ronchiuallo* cæſus.
b *Radbodus* 2. *Gondobaldi* frater, à *Carolo Magno* Regno pulſus.
c *Gerbrandus* & *Gondebaldus* filij ejus in exilio mortui ſunt.
d *Friſia* ob Regium ſanguinem, & Diadema ſibi excuſſum, mæret.
e Vexillum à *Semo* in *India Ragauo* traditum huc vectum fuit.
f Magnus *Fortema*, iſtud in *Friſiam*, *Roma* domita, cum laude reportauit.
g Alluſio ad *Friſiorum Inſignia*, *Romana* & *Saxonica* expeditione parta.
h *Carolus Magnus* ijs Coronam Imperialem in ſignum Libertatis conceſsit.
i *Schottus Scholtonis* filius, *Friſonis* Nepos, *Schotiæ* nomen dedit.
k *Friſo* minor, abnepos Majoris, *Coloniam* primus in *Waterlandiam* duxit.
l *Didericus*, *Aſconij* Ducis, ex *Radbodo* filio, Nepos, *Friſiæ* Occidentalis Dux primus.
m *Lemus* Dux ſecundus. *Dibbaldus* filius ejus Regium geſsit Diadema.
n *Lemus Friſiæ* Occiduæ Rex 2. *Elinus* ſeu *Aurindulius* vltimus.
o *Hollo Friſo* nobilis, *Tacito Olennius* dictus, *Hollandiæ* nomen dedit.
p *Verritus Hermana*, & *Mallorix Camga*, legati *Friſiorum* ad *Neronem*.
q *S. Ægiſtus* Diſcip. Domini, à *S. Petro* miſſus cum illis in *Friſiam*, venit.
r *Ubbo Hermana* Primipilus Regis *Daniæ*, à *Suecis*, jaculis confoſſus.
ſ *Vtho Sigefridum Danum*, ſimulate conueniens, abſconſo lapide necauit.
s *Taco Hermana*, Claſsis *Hengiſti* Præfectus, Inſulam *Frieſlandiam* repe(rijt
t *Hengiſtus* & *Horſus Udolphi* Ducis *Friſiæ*, ex *Suana Saxonica* filij.
v *Horſo* in *Britania* occiſo, *Hengiſtus* Inſulam vi & dolo ſubjugavit.

Cinctus

Cinctus, at ex auro Roſtris [s] Hermana *refulget*
Armat que Duces gemini, Navarchus vterque,
Nobilis [t] Hengiſtus Britonū *proſtrator,et* [v] Horſus:
[u] Orichiuſque *ſubit,fulgenſq.* [x] *Leonibus* [y] Octa:
[z] *Nympheis* Ebiſſa *rubens;* [*] Wilfridus *in albis;*
Ipſeque Pontificum flos [a] Willebrordus, *opimis*
Conſpicuus ſpolijs, [b] Foſtæque & Stavonis *Aris;*
Impia magnifico ducens Idola triumpho.
Conſpice, quam tetricos, demiſſo lumine vultus,
Oſtendunt [c] *Druydes; paſſos tegit Inſula crines,*
Luridaq. apportant veterum Simulacra Deorum.
Offert, ecce ſui veſtitum [d] *pelle Leonis,*
Nominis, [e] Harco *Deum:* [f] Stavonem, *de more, triſulco*
Igne refulgentem [g] Poppo; *teretique ſariſſa,*
Et galea armatum, triſtis [i] Serapio, [h] Foſtam.
Nuda ſeni Freda *eſt, arcu* [k] VValdacha [l] Vithoni
Sarcina,et [n] Occoni *gemino* [m] VVarns *aliger angue.*
Immitemque gravant; [o] Hollerque & [q] Meda [p] Sivardum:
[r] Snein *radians* [t] Synnā:*reliquos qua neſcio Larua.*
Aſtant [s] *vndeni Patres; Crux rubra coruſcat;*
Doctoreſq. ſacri, palmis comitantur ovantes.
Saucius ipſe Rotis fertur [t] Bonifacius, *vno,*
Ac quinquaginta Socijs; en Serta reportant,
Nomine Martyrij pulcherrima: candidus albo
Cingit equo Currum martyr [v] Fredericus, *iniqua*
Taxatæ, inſidijs, perpeſſus vulnera Machæ:
Orbatuſque ſuo (fultus [u] Nannone *magiſtro,*
Sanctiſque Exulibus) præſul [x] Radbodus *Ovili.*
Arma Monaſterij *ſacra fert* [y] Ludgerus; *eique*
Pone Halberſtadio *ſubit* [z] Hildegrinus *amictu.*
Ordine [*] Willehadus,Bremenſi [a] *Clave decorus,*

u Orichius cognomento *Hoiſchus* filius *Hengiſti*, *Octa* & *Ebiſſa* Nepotes
x Octa natu major, in *Cantia* ſeu *Angliæ* Regnum Patri ſucceſſit
y Ebiſſa in *Friſiam* rediens Ducatum *Angariæ* in Feudum recepit
z Inſignia Angliæ tres fulvi Leones: *Angariæ* tria rubra *Nymphea* folia.
** S. Wilfridus* Epiſcopus *Anglus*, ex *Friſiis* oriundus, *Friſiorum* Apoſtolus
a Willebrordus ex ſtirpe *Hengiſti*, Apoſtolus & Archiepiſcopus *Friſiorum*.
b Stavonem & *Foſtam* præ reliquis olim Dijs maxime colebant *Friſii*.
c Druydes gentilium Sacerdotes: à *Friſiis* vulgo Drupten vocati ſunt.
d Hercules Nemei Leonis interfector, in *Friſia Harco* nuncupatus.
e Harco Druys ſcripſit de immortalitate Animæ ſub *Harone Friſiæ* Duce.
f Stavo, Iupiter, de quo *Stauria* nomen habet, ſummus gentilium Deus.
g Poppo, Sacerdos *Stavonis*, multa ſcripſit ſub *Adgillo* & *Radbodo* Regibus.
h Foſta, *friſiorum Mars* fuit, licet quidam Veſtam fuiſſe putent.
i Serapio Druydum Leovardiæ in Aula Dei Præfectus, ſub *Libbaldo*.
k Dianæ; *Waldacha*, &: *Venus* **Fredn** à *friſiis* vocari ſolent.
l Vitho Pater *Serapionis Druydum* Præfectus, ſub *Diocaro* Principe.
m **Warns**/ *Mercurius*, vnde **Warnen**/ nunciandi vel intimandi verbum.
n Occo Druys ſcripſit ad *Radbodum* ſecundum. De Vindicando Deorum cultu.
o Pluto oli , vt apparet, *Holler*, quaſi **Hol-Heer**/id eſt Inferni Dominus dicebatur.
p Sivardus Druys, ſcripſit de Prohibenda Chriſtianorum Doctrina, ſub *Radbodo*.
q Meda, pro *Medea Medenblici* habita fuit, & Vrbi nomen dedit.
r **Snein**/ Sol, *Sneca* cultus, vnde & Vrbs ea **Snits** vulgo dici videtur.
ſ Synna Druys, ſcripſit de colendis Dijs Patrijs ad *Aſconium* Ducem.
s Vndecem fuerunt, *S. Willebrordi* Socij, omnes *Friſiorum* Apoſtoli.
t S. Bonifacius cum Socijs 51. *Doeccomij* Martyrio coronatus eſt.
v S. Fredericus, Cura inceſtæ Imperatricis nefarie occiſus eſt.
u Narno Stauricnſis Philoſophus doctiſſ. *S. Radbodi* Epiſc. Præceptor.
x S. Radbodus à *Normannis Trajecto* pulſus, cum multis alijs, Exul obijt.
y S. Ludgerus I. Epiſc. *Monaſterienſis Omlandiæ Veſtphaliæque* Apoſtolus.
z S. Hildegrinus, frater ejus, *Selengſtadienſis* & *Halberſtad*. Epiſcop.
** S. Willehadus Anglofriſius*, *Bremenſis* Epiſcopus, *Friſiæ* Orientalis Apoſtolus.

Subſequitur

Subſequitur video; ſed quis, rogo, ſplendidus ille,
[a] Turrito *ſimili?* *tuus* Hamburgenſis, *opinor,*
Optimus [b] Anſcharius, *Mitra præſignis vtraque:*
Lævum quippe Latus, parili [c] Rembertus *amictu,*
Occupat, & nigra ſequitur [d] *Cruce, nobilis ille,*
Summus Agrippinæ *Præſul,* [e] Guntharius, *vrbis,*
Ipſe ſed & primus tuus Oſnabrngga *Sacerdos*
Vitho *Rotam voluit Fidei naſcentis alacrem.*
Reddit [g] Evermarus, *Conchas, en, Martyr,* Iberas.
Ignitum hic ferrum [h] Poppo; *Laurum* [i] *ille virentem*
Servat; & enatam [k] Poptetus *pectore palmam.*
Votiva, his ſubeunt, ſanctæ [l] *Crucis Arma ſequentes;*
Thura [m] Ludigmannus; *Cypariſſos* [m] Fortema *geſtat;*
[n] Rhorda *ſuæ flores galeæ: gens* [o] Liauckema *plumas*
Iungit; & armatus [q] *Manicas fert* [p] Botnya *equeſtres,*
Vel puto Nicææ, *vel parta ad Cæſaris vrbem,*
Symbola: ſed clarum [r] Galamæ *volat, ecce, trophæum,*
Quale Aquilis, [ſ] *Stellis, pictumque* [s] *Leonibus olim,*
Vrbe ſub Antiochi, *ducens* Hermana *triumphum,*
Enectis, trepido, Turcis, *ſuſpendit* Oronti.
[t] Cammenga, *en, ſequitur cũ* [u] *pectine; &* [v] Hommema [u] *glandi;*
[t] Ockynga [u] *æthereis;* [u] *hederæque Inſignibus* [v] Heerma,
Nonnullique alij fera vincla aut vulnera paſſi;
Serta gerunt omnes; [x] Haioque *è fronde* [y] *Coronam:*
Vel [z] Solima, *vel de* [z] Damiata, *forte, triumphant.*
Laude, ſed is reliquos, & tempore vincit, amictus,

a Clavis *Bremenſium*; & Porta turrita Inſigne *Hamburgenſium.*
b *S. Anſcharius* Archiepiſcopus *Hamburgenſis* pariter & *Bremenſis.*
c *S Rembertus* Cognatus eius, & Succeſſor in *Bremenſi* Eccleſia.
d Crux nigra, Inſigne Archiepiſcoporum *Colonienſium.*
e *Guntharius S. Radbodi* avunculus, *Colonienſis* Archiepiſcopus.
f *S. Vitho* ſeu *Vibo*, *Oſnabruggenſis* Epiſcopus Rota vrbis inſigne.
g *S. Evermarus Compoſtella* rediens, Ruthis nefariè occiſus eſt.
h *S. Poppo* (quem aliqui *Danum* faciunt) ferrum candens illæſus geſsit.
i *Poppo Virdumenſis* cum Martello *Saracenos* ingenti prælio vicit.
k Palma viridis, è Corde *Poptcti*, à *Saracenis* cæſi, pullulavit.
l Multi *Friſiorum*, Cruce ſignati, in Terra ſancta laudem meruerunt.
m *Iarichus Ludigmannus.* & *Thiepco Fortema*, ad Nicæam cæſi ſunt.
n *Goffo Rhorda* Cicatrices vulnerum è Terra ſancta domum retulit.
o *Sicco, Eilco,* & *Epo Liauckema* Athletæ Chriſti inſignes.
p *Fecco Botnia* cum *Eilcone Liauckema* alam 3000. Equitum duxerunt.
q Alluſiones ad trium harum nobilium familiarum Inſignia.
r *Igo Galema*, ad Cæſaream læſus, Antiochiæ honorifice ſepultus.
ſ *Vbco Hermana* cum *Boemundo* Principe Antiochiæ Præfectus.
s Alluſiones ad gentilitia *Hermana* & *Galemana* gentis Arma
t *Sicco Cammenga*, & *Watzo Ockynga*, cum *Balduino* Rege capti.
v *Hommo Hommema* & *Watzo Heerma* in *Aſia* minori caſi ſunt.
u Alluſiones ad quatuor harum familiarum Inſignia.
x *Haio Fivelengius*, cum Socio primus Arcem *Damiatæ* conſcendit.
y Coronamque muralem meruit, quæ (teſte *Plinio*) frondea ſolet eſſe.
z In obſidione *Damiatæ*, & Solimæ vrbis, *Friſiorum* virtus enituit.

Teſtibus Literis Honorij PP. 3. *Frederici* 2. & Patriarchæ *Hieroſol.*

Tigridiu

Tigridis exuvijs, Cognato, fortis,[a] Adeli,
Iunctus[b] Ioannes, *Regum de ſanguine, Præter:*
c Niliacos *adijt qui mille per aſpera fontes,*
Et Signa, extremo, victricia fixit, in Orbe.
Cerne, precor, quantus ſuccedit d *Regibus iſtic*
Nobilium, [e] *Magni luſtrans veſtigia, Cætus:*
Obvolitant faſces, & fulva [f] *Leonibus Arma:*
Nexa g Ludigmannos *Myrtus: Palma ornat* h Adelen:
i Hermanæ, *&* [k] Galemæ, *floreſcit Laurus, olivam,*
Illuſtris [l] Reinalda *tenet:* m Cammenga *Cupreſſum*
Saucius, & nunquam morituram [n] Martena *Quercum.*
Triſte [o] Iuvinga *videt: ſed* p Botnya, Dekema, *&* Hanya
Ore aſtant hilari, lætumque, q Harenxma, Wiardam
Reſpicit, & ſummus, quaſi Dekema, *Lilia ſpargit:*
Inclytus hic ille eſt, hic nobilis Ordo tuorum.
Credo, Poteſtatum, [r] *gladijque & Pilea, certe,*
Iuſtitiam referunt Libertatemque vetuſtam.
Inde tui veniunt [s] *Pugiles, en,* Friſia: *pugno,*
Noſtin? equum ſternit t Iotzardus: *ſanguine matris*
Aſperſos caſæ Catulos fert [v] Hiddo *Leanæ:*
Victor ovat gemina, generoſus [u] Iongema, *Palma:*
Confoſſis famæ raptoribus: Arma triumphans
x Thiarda *refert, Socijs, Stipatus, equeſtria, binis:*
Ornatuque pari, ſuccedunt y Ailua, Rhorda,
Rengiaq, *et* [z] Britonum *redimiti,* Mockema, *Sertis:*
*Ac, velut ex auſtro,** Burmania *prodit, Amomum*

a *Adel Adelengus* Conſobrinus & Comes *Ioannis* Præsbyteri.
b *Ioannes* Præſter ſeu Præsbyter *Adgilli* 2. filius, Regnum in *India* condidit.
c Ad Nili fontes, extremæ in margine terræ: vt ait *Matuanus*.
d Exactis Regibus, *Friſia* ſub Ariſtocratia à Poteſtatibus recta eſt.
e *S. Magnus Fortema*, primus Poteſtatibus dignitatem adeptus eſt.
f Alluſio ad Poteſtatum Inſignia, quibus etiamnum *Friſia* vtitur.
g *Taco*, & *Goſſo*, *Ludigmanni*, viri pacifici *Friſiorum* Poteſtates.
h *Adelbricus ab Adelen*, *Goſtavum Suecorum* Ducem prælio vicit.
i *Heſſelus Hermana Normannos* devit, & patria expulit.
k *Igo Galema* magna cura Patriam contra eoſdem defendit.
l *Saco Reinalda* ſumma cum pace & pietate præfuit.
m *Regnerus Cammenga*, *Danis* profligatis, ex vulnere accepto perijt.
n *I. H. Martena*, Cives *Staurienſes* contra *Hollandos* protexit.
o *Ivo Iuvenga* cæſus, & *Friſia* ab *Hollandis* vi ſubacta eſt.
p *Sixtus Dekema*, *Galo Hanya*, & *Odo Botnya*, eos rurſus expulerunt.
q *Harengus Harenxma*, & *Suffridus Wiarda Friſiam* penitus liberarunt.
r *Iulius Dekema* ultimus *Friſiæ* Poteſtas, Vir bonus & paci deditus.
ſ Gladij & Pilea, antiquæ Iuſtitiæ & Libertatis *Friſonicæ* Signa.
s *Friſia* plurimos olim inſignes Pugiles & Athletas produxit.
t *Iotzardus Friſo*, Equum ſuum pugno occidit, hoſtemque pedes fudit.
v *Hiddo Harlengius*, Leænæ per vim occiſæ, *Catulos*, inermis, eripuit.
u *Heſselus Iongema* duos eum perduellionis accuſantes, duello vicit.
x *Sixtus Thiarda*, *Douvo Kems*, & *Epo Nyenhuſius* Pugiles inſignes.
y *Franciſci* duo, *Ailua*, & *Rhorda*; *Taco Rengia*, & *Cyprianus Mockema*.
z In *Francia*, *Anglia*, & *Schotia* ludis Equeſtribus claruerunt.
* *Douvo Burmania Arabia* & *Aſſiria* peragratis, Eques Solimæ factus eſt.

Thuſque

Thuſque decuſque ferens: cui [a] Martena *cunctus v-*
terque,
Iunipero ſenior decoratus, [b] *Iunior Alga eſt,*
[c] *Zelator fidei, ſicco quem flumina paſſu,*
Emenſus [d] Fredericus *adeſt*; *Abbaſque* [e] Siar-
dus;
Longa ſuper radios extendens pallia Solis.
Ante alios properans, glaciem, [f] Walfridus, *a-*
durit,
Nudus; Eremitæ, fert ſacra monilia [g] Dodo:
Demerſumque refert æs [h] Ento; [i] Liauckema,
læſæ
Inſtar Ovis, graditur; trabe ſed [k] Goſlinga *pe-*
titus,
Abbatis precibus ſanato Cruce, reſultat.
Res mira, ô pietas, poſitis, en, [l] Bockema *lauris,*
Veſte redit Monachi; redit & [m] Vorperus *aperto,*
Magna patrum recitans noſtrorum geſta, libello:
Patrum, qui lætas pro [n] *Libertate ſolebant*
Externis, acie, [o] *frontes opponere, quales,*
Nunc [p] Hollandorum *Spolijs hic ternis Ovantes,*
Impavido prodire gradu; paßimque rubentes
Nigris immiſtos [q] *Aquilis verſare* [q] *Leones.*
Scilicet [r] Arnulpho *Comiti Comitiq;* [s] Guilhelmo
Victaque [t] Romano, *detracta Inſignia, Regi,*
(*Laudanda æternum memorantes Fata* [t] Iuuengæ)
Aßiduo gaudent repræſentare triumpho:
[y] *Reginæque Poli* [u] *Feſtis Solemnibus, omni*
Votivas, anno, Laudes perſolvere; pergat,
Matris uti precibus, peſſundare filius hoſtes.
Sed grue ſe vigili Cyprijs *ornatibus* [x] Euſum

a Heſſe-

a *Heſſelus Martena* Magiſter Equitum *Barbaroſſæ*, proditiore occiſus.
b *Doco Martena*, Cæſari eidem à Cubiculis, in fluvio cum eo perijt.
c *Friſii*, olim eximio Catholicæ fidei zelo illuſtres extiterunt
d *S. Fredericus*, Abbas Horti *B. Mariæ*, ſiccis pedibus fluenta tranſivit.
e *Siardus* Abbas, veſtem madidam ſuper radios Solis extenſam, ſiccavit.
f *S. Waifridus*, nudis pedibus glaciem calcans, ſequentibus tepidam reddidit.
g *S. Dodo* Eremita in *Bacaſano*, pietate & miraculis claruit.
h *Ento* Abbas, pecuniam amiſſam, ex fundo Iſulæ renatantem recepit.
i *Elocus Liauckema* Abbas, à *Laicis* diſciplinam refragantibus occiſus eſt.
k *Godſchalcus Goſlinga*, fracto per trabem Crure, prece *S. Frederici* convaluit.
l *Renicus Bockema* Eques, Cænobium condidit, & *Laicus* in eo ſervivit.
m *Vorperus* Prior in Thabor, hiſtoriam *Friſiæ* 4. libris luculenter conſcripſit.
n *Friſii* Libertatis amantiſsimi ſemper extiterunt; & parati,
o Mortis adire Domos, patrio vel vivere ritu: ut quidam de ijs cecinit,
p *Friſii* ab *Hollandis* præclara & opima ſæpiſsime Spolia retulerunt.
q Alluſio ad Cæſaris, Comitumque *Hollandiæ* à *Friſiis* cæſorum Inſignia.
r *Arnulphus* Comes *Hollandiæ*, *Winckeliæ* cæſus, Anno 993. 17. Septembris.
ſ *Gulhelmus* Cæſar Comes *Hollandiæ* Hochwoude, Anno 1355. 28. Ianuarij.
s *Guilhelmus* 4. Comes *Hollandiæ* prope *Stauriam*, Anno 1345. 26. Septembris.
t *Juvo Iuvenga* cum 500. *Friſiis* ab *Hollandis* cæſus Anno 1396. 29. Auguſti.
v *S. Maria* Dei genitrix, præcipua *Friſiorum* domi foriſque Patrona.
u Peculiari ſolennique ab ijs Feſto 26. Septembris ex voto colitur.
Aquiſgrani in Æde ipſius *Friſii* ſacram Aram erexerunt, & dotarunt.
Lovanij quoque, ipſi Altare cum *S. S. Bonifacio* & *Willebrordo* Statuerunt.
Trentini antiqui *Friſiorum* Coloni, Imaginem ipſius pro Inſigni habent.
x *Onno* ab *Euſum*, à Rege *Cypri* ob heroica facta Eques creatus eſt.

Ingeris

Ingerit his Eques; & nigro Pugil Onſta *Leone*,
Vrbis Aquiſgrani *domitor; claruſque* [b] Dodinga,
Egregium Diploma, manu victrice, reportans.
Portat & exuvias Francorum [c] Hommenga *duorum;*
Ruſſorumque *aliquot* [d] Lambertus *cæde cruentas;*
Occo *ſubit*, Kenoque *ferox, & Pallidus* [e] Hiſco;
[f] Vetcoperique *aſtant reduces, aſtantque* [f] Schyringi,
Infeſto, heu, vultu, g *ferroque vtrinque minaci;*
Neſcio quas faciant turbas, addentibus hiſce
Candentes [h] *igni prunas; removentibus illis:*
Implentes vacuas i *taurorum fune patellas.*
Arma [k] Iuvenga *ſuis præfert, &* [l] Ziarda, Schyringis,
Rerum hic Franekeræ, Bolſvardiæ *is arbiter olim:*
m Vckena Vetcoperos *munit Dinaſta* Lerhanus;
Munit & hos Magnas Tzercuardius *vndique* [n] Walta.
o *Auratis Rotulis, quin, Harpiyſque refulgent,*
Nobiles, ecce, [p] *Parens Comitum, tua* Sircſena *laus, &*
Trans Amaſum *magni regnantes, Diûa, Nepotes:*
Impiger [q] Vlricus, *pugnax* [r] Edſardus, *&* [ſ] Enno;
Quique latus claudit (ſed paulo averſius) s Vcco,
Vetcoperique *alij: nec non contraria* [t] Iarges,
Arma movens, Vrbi nimium funeſta Gronengæ:
Et triſtes [v] Clanthi, [u] Rengerus *Conſul, et* Hercus.
Sed quoq; [x] Ioannes, [y] Alvinus, [z] Cappidus, [*] Occo
Et dira hiſtorici flentes hæc tempora plures,
Prô, laceri redeunt, ac Cedro digna perenni,

 a Menol-

a *Menoldus Onſta, Friſiorum* Dux, capto ſuburbio, *Aquiſgranum* domuit.
b *Teodardus Dodinga*, exercitum cum Diplomate Cæſaris reduxit.
c *Titus Hommenga*, delatores duos in Aula *Francica* duello interfecit.
d *Lambertus Terprypius*, ultra 100. *Ruſſos* gentiles ſolus necavit.
e *Hiſco* à *Kenone Occonis* filio *Embda* pulſus eſt: ſed per vim, reſtitutus.
f *Vetcoperorum* & *Schyrengorum* Factio, ad *Carolum* uſque *Quintum* duravit.
g Maximis, ſe invicem, damnis & cladibus in *Friſia* affecerunt.
h De rixa eorum, in Struendis Ignibus, adhuc ex fama conſtat.
i Funes boum, in patinis apponentes, ſuos ad novas prædas hortabantur,
k *Godſchalcus Iuvenga*, Eques auratus, Dinaſta *Bolſvardianus*; &
l *Sicco Ziarda*, Dinaſta *Franckeranus*, *Schyrengorum* anteſignani.
m *Focco Vckena*, Dinaſta *Lerbanus*, primi Comitis *Friſiæ* Orientalis Socer; &
n *Tarquinius Walta*, Dinaſta *Tzercvardius*, *Vetcoperorum* Capitanei.
o Alluſio ad Inſignia *Sircſenanorum*, ſeu *Friſiæ* Orientalis Comitum;
p *Enno Sircſena*, *Edzardi* filius, Dinaſta *Gretanus*, & *Nordanus*.
q *Vlricus* ejus filius, Primus *Friſiæ* Orientalis Comes, vir Strenuus.
r *Edzardus* Comes, *Vlrici* filius, multa domi foriſque præclara geſsit.
ſ *Enno Edzardi* filius, præſentium Comitum illuſtriſsimorum Avus.
s *Vcco Fecconis* filius, ab *Vlrico* Comite, poſtea ejus genero, cæſus eſt.
t *Cappidus Iarges Schyrengus*, *Gronenga* potitus in *Vetcoperos* ſævijt.
v *Allardus*; & *Henricus*, *Clanthi* nobiles; *Gronengæ* à *Schyrengis* occiſi ſunt.
u *Ioannes Rengerus* Conſul domi necatus, *Ioannes Heccus* è Curia ejectus.
x *Ioannes* Vlieterpius Poteſtati *Martenæ* à Secretis, ſcripſit circa Annum 1370.
y *M. Alvinus* Conſul & Secretarius *Snecanus*, ſcripſit circa Annum 1400.
z *Cappidus Staurienſis* Præsbyter vir pius & doctus, circa Annum 920.
* *Occo Takema Scharlenſis* vir Nobilis ſcripſit hiſtoriam circa Annum 970.

Triſtibus

Triſtibus appertant conciſa Volumina bellis.
Exinde Occiduæ, fallor niſi veſtibus, Oræ
Magnates ſubeunt; quibus hamus, piſcis Aſellus,
Pnais, & agnomen mirabile [b] *Caſeus indit.*
Longaq; [c] Grouſteinum, *ſequitur nova factio, raſum*
Iam [e] *Cruce* [d] Burgundis *ſimilis, iam* [e] *flore* [d] Sycambris.
Cui Batavûm, Magnus, *domitor, ſe* [f] Pyrrhus, Achilles
Inſerit vſque, tuus, [f] *Rotula Furcaque verendus:*
Succinctusque ſubit [g] Burmania *Cæſaris Enſe,*
Quin, Duce Iuſtitia, magnus tuus, ecce [h] *Senatus,*
Veſte redit Vultuque gravis, comitante Reorum
Eximia, pariter Patronorumque Phalange.
Plaude age Præſidibus ſeptem; micat [i] Ayta Brabanta:
[i] Hoxuirius *Vilta, prætexta* [k] Hopperus *Ibera;*
[l] Rattallerque *ſubit, nec non* [m] Gerbranda *togatus;*
Induti veniunt ſed pallia [n] Boymer, & [n] Aytſma.
Synnama Romanum *præfert, en,* [o] Bolema *ſacrum*
Ius patrium [p] Bucho, *Solenneque* [q] Martna *Volumen.*
At [r] Douma *audacter,* [ſ] Sickingaque *ſuaviter orant;*
[s] Epoque *dat Canones* [s] *Aphoriſmos (credo)* [s] Tiara.
Concio Pieridum *ſequitur; præit, ecce,* [t] Rodolphus
Aonia Lauro *Sphæram fert* [v] Gemma *rotantem:*
Reddit Metra Cheli [v] Vomelius: *Ore* [u] Myrica;
Maiorumque Fidem [x] Tapperus: [y] Iunius *Acta.*
Et Pater [z] Andreas *recinit præconia* Ieſu,
Nablia, * Ioannes *ſed nudipes,* Indica *pulſat,*

a Factiones *Hollandiæ*, & *Friſiæ* Occidentalis, **Hoer** & **Cabbelauw** dictæ.
b Item, Factioſi quidam, quos vulgo **Caes en Broots Volck** appellabant.
c *Vibius Grouſteinus*, primus Nobilium *Friſiæ*, comam ſibi abradi fecit.
d Factio *Burgundorum* & *Geldrorum*, ſucceſsit *Schyrengorum* & *Vetcoperorum*.
e *Friſii Burgundici* Cruces; *Geldrici* Flores; Veſtibus, Armiſque inſcribebant.
f *Pyrrhus Magnus*, Claſsis Pręfectus, Rotā & Furcā pro Inſigni habebat.
g *Renicus Burmania* Chiliarchus, à Cęſare armis Equeſtribus decoratus.
h Curia *Friſiæ*, ſumma cum gravitate Iuſtitiam adminiſtrare ſolet.
i *Viglius Zuichemus* Ayta, Præpoſit. *S. Bavonis*, Secreti Conſilij Præſes.
k *Ioachimus Hopperus*, rerum *Belgicarum* in *Hiſpanijs* Præſes.
l *Hector Hoxwirius*, & *Georgius Rattaller Traiecti* apud *Viltos* Præſides.
m *Ioannes* Vrdt *Gerbranda*, Præſes ſeu Cancellarius *Tranſiſulaniæ*.
n *Fredericus Boyemer* Cancellarius *Geldriæ*: *Heßelus Aytſma* Præſes *Friſiæ*.
o *Harengus Synnema* Iuris Civilis: *Gerbrandus Bolema* Pontificij Conſultus.
p *Bernardus Bucho* Ayta Decanus *Hagæ* Comitis, Senator, Legatuſque *Friſiæ*.
q *Kempo Martna*, Senator Celebris, ſcripſit Hiſtoriam vulgo **'tLandtboeck**.
r *Ienco Douma*, nimis libere pro patria loquens, *Vylſordæ* detentus eſt.
ſ *Idſardus Sickynga* Senator, ad *Annam Auſtriacam* Orationem habuit.
s *Boetius Epo* Iuris Canonici: *Petreius Tiara* Medicinæ Profeſſor.
t *Rodolphus Agricola* 3. Linguarum peritiſsimus, & Poëta celebris
v *Gemma Friſius* Mathematicus: *Cyprianus Vomelius* Poëta Laureatus.
u *Andreas Hamconius* Myrica, Medicinæ, & 9. Linguarum cognitione clarus.
x *Ruardus Tapperus Enchuſanus* Theologiæ & Fidei Catholicę Profeſſor.
y *Adrianus Iunius Hornanus*, *Hollandiæ* & *Friſiæ* Occidentalis Hiſtoricus.
z *P. Andreas Bocatius*, è Societate *Ieſu*, Septentrionales Fidem docuit.
* *F. Ioannes* de *Leovardia*, Minorita, dogma *Chriſti* in *India* propagavit.

Ab, Sacra

Ah, Sacra Templorum prodit quoq; Factio clades.
Conſpicis ut vibrant gladios, qui Serica flava,
Robuſtis torquent humeris, Lunaſque, Scyphoſque,
Oraque torva gerunt: nec ijs minus, ecce, minantur
Sæva, Cruces rubeas & Regia Signa ſequentes.
Tu, precor, ambabus, Matrem te, partibus, offer,
Iungeque diſcordes, æterna Pace, Nepotes,
Concilians animos in mutua fœdera natos:
Hincque omnes Reduces, patrio de more, ſalutans,
Ordine iunge manus, Maternaque baſia figes:
Nec meritas differ Suffrido *reddere grates.*

IN LIBRVM DE

Colonijs *Friſiorum* Reverendi ac doctiſſimi Viri Domini *Suffridi Petri Leovardienſis* Can. *Colon.* ad SS. Apoſt. ORDINVM *Friſiæ* hiſtorici.

Liber *Suffridi* nondum excuſus intercidit.

Sub calcem libri, de Colonijs hiſce aliquanto fuſius agitur.

SIcut ab externis redeuntia pignora terris,
Ex varijs uno tempore multa locis,
Dum referunt vetulæ ſuperata pericula matri,
Prælia dum terris, prælia geſta mari,
Et peregre genitos bona per connubia natos
Spemque ſub ignoto ſanguinis axe ſui;
Credula miratur reduces ſibi talia fantes,
Totaque Natorum pendet ab ore parens,
Sic quoque Suffridi *ſtudio curaque reductam*
Miratur ſobolem Friſiá *læta ſuam*
Miratur celebres toto nunc orbe Nepotes,
Inſignes generos, eximiaſque nurus,

Vitho ſeu *Iutho, Friſonis* filius, ducta *Cumera Bochi Cimbrorum* Regis filia, *Iuthiam* condidit. *Suffrid.* De Orig. *Friſior.* lib. 2. cap. 5. 10.

Miratur genitam Bocho *de Rege Cumeram*
Vithoni *illuſtres progenuiſſe* Iutas,
Qui Cimbris *acte iuncti, communibus armis,*
Conſule cum Mario *conſeruêre manus,*
Atque per Helveticos *primi tentoria montes,*
Antiquos Friſonum *diſpoſuêre lares:*
Quos alijs auxit, fatis melioribus uſus,
Fortema *magnorum gloria prima ducum,*

Magnus Fortema Poteſtas *friſiæ* cum exercitu, reſtituto Papa, ab urbe rediens, Coloniam *Friſiorum* in *Helvetia* auxit. *Suffrid.* De Originn. *Friſior.* lib. 1. Cap. 16.

Fortema *tam factis quam nomine* Magnus, *alacrem*
Cum domita rediens ferret ab urbe pedem;
Hos hodie populos etiamnum Friſia *gaudet.*
Vt libertatis, nominis eſſe ſui,
Integra libertas, mutata eſt nominis una
Litera: nam Griſones *tēpora noſtra vocāt:*

Hetto qui & *Heſſo* filius *Friſonis, Heſsiæ* nomen dedit. *Suffrid.* in Præfat. de Script. *Friſ.*

Sic & ab Hettonis, *genitos feliciter* Heſſos,
Semine, Cattorum *figere gaudet apros:*

Titus Dux *Friſiæ Tecoburgicam* duxit Coloniam *Occo Scharl.* lib. 1.

Sic Amaſum *ductore* Tito *tranſiſſe Colonos*
Et Tecoburgenſi *vivere rure ſuos;*

Vbbo filius *Adelis* ex *Suobbina Suevorum* Regis filia, *Vbios* ad Rhenum condidit. *Cappidus Staurienſis,* in Ecclesiaſt. *Friſ.* Hiſt.

Sic Vbios, Vbbone *ſatos, ad flumina* Rheni
Vertere Suevorum *prædia Regis avi:*

Schottus Friſonis ex *Scholtone* filio nepos, Coloniam in *Schotiam* duxit. *Suffrid.* in Præfat. de Script *Friſior.*

Sic quoque Cognatos boreali littore Schotos
Friſonicum Pictis *impoſuiſſe iugum;*
Albanoſque *vetus nomen mutaſſe Colonos*
Gaudet, & à Schotto *ferre nepote novum:*

Taco Hermana Coloniam in Inſulam borealem duxit, quam de nomine patriæ *Frieſlandiam* vocavit. *Suffr.* De Script. Decad. 3. Cap. 9. & 10.

Sicut et Hermana *celebri de ſtirpe* Taconem
Claſſe Caledonium *diſſecuiſſe fretum*
Et vexiſſe ſuos ubi nunc Frieſlandia *piſces*
Frigore duratos colligit atque gelu,
Colligit, & varias late tranſmittit in oras,
Auſtrali populo dans Aquilonis opes.

Franci ex *Friſiis* oriundi prope *Franekeram* conſederunt. *Adr. Iunius Bat.* cap. 9.

Caudet & illuſtres Friſio *de littore* Francos
Teutonicnm Rheni *tranſilijſſe vadum*

Romanos

Romanos pepuliſſe duces, ac Gallica Regna
Libera & audaci perdomuiſſe manu.
Quin etiam tantis lætatur Friſia natos
Virtutem ſtimulis exagitaſſe ſuos,
Vt dederint patrio pugnaces Marte Britannos
Nobilis Hengiſti fræna ſubire ducis
Hengiſti Friſonum prognati Regibus, Anglos
Qui veteres rexit, condidit atque novos;
Qui celebres fecit belli virtutibus Anglos
Non ſecus ac linguæ nominis eſſe ſui;
Anglos dico novos qui ſucceſſere Britannis
Hoſpitibus quondam Friſia aquoſa tuis;
Vrſula cum tendens Regina Britannica Romam
Subſtitit ad Rheni cornua bina vagi;
Intravitque novam, Sociis comitata, Veronam,
Friſonis eximium poſterioris opus.
Cui Medenblicum Didericus poſtea iungens,
Vndoſi excoluit ſtagna lacuſque ſoli.
Quin Rheni in ripa claram quoque fluminis arcem
Indomitum Vilti conſtituere genus,
Qui nuribus Sclavis Friſoniſque nepotibus orti,
Vltrajectinum nomen agrumque tenent:
Eidoræ item Friſii duxere in rura Colonos,
Vt fierent patrio paſcua larga gregi;
Qui linguæ veteris, qui libertatis amantes
Aequoris Holſati fertile littus arant.
Sed mare, ſed littus ſed non Germania tota
Nec ſatis Europæ terminus ipſe fuit;
Longius extremum libuit properare ſub axem,
Vſque adeo virtus eſſe quieta nequit;
Secreta Oceani nam perluſtrare ſtudentes
Extra anni & ſolis proſiliere vias.

Abr. Ortelius in Theſ. Chro. *Beat. Rhenanus*, & alij.

Hengiſtus Vdolphi Friſiorum Ducis filius, primo Coloniam in *Angliam* veterem prope *Iuthiam*, ac deinde in novam devictis *Britannis*, duxit. *Vorperus* lib. 1. Chron. *Holl.* Diviſ. 2. Chron. *Leidenſia* & in Vitis Sanctorum plurium.

Friſo Iunior primam Coloniam in *VVaterlandiam* duxit; *Didericus* verò *Aſconij* Ducis pronepos ſecundam, hic *Medenblicum*, ille *Veronam* condidit. *Suffr.* De Orig. lib. 1. Chron. *Holland.* Diviſ 2. c. 31.

Vilti Friſiorum Sclavorumque ſoboles & Coloni, nunc *Vltraiectini* dicti. Chron. *Holland.* Diviſ. 2.

Coloni *Friſiorum* in *Eidoram* vulgo *Eiderſtedi* & *Strantfriſii* dicti. *Saxo* Grammat. lib. 14. hos *Friſios* minores vocat, ut & *Crantzius.*

Chilenque

Chile ibi frigere ſonat ut & adhuc in bona parte *Friſiæ*.
Chilenſes ſe, & Principem ſuum, ex *Friſiis* oriūdos aſſerunt. ut *Alphonſus De Ercilla* Eques *S. Iacobi* refert, ac multa judicia arguunt. ſed & paulo poſt annū milleſimum *Friſios* aurum ex Inſula quadam boreali *Mexicanæ* (ni fallor) *Americæ*, In has terras advexiſſe *Crantz*. in prologo *Norvagiæ*, & *Adamus Bremenſis* in Chronic. atteſtantur.

Chilenq; *in rigidam primos vexere Colonos,*
Ad Magellani *littora vaſta freti:*
Friſio *ubi Princeps vel adhuc de ſanguine regnat*
Si famæ, & claris credimus hiſtoricis
Qui ac è Mexiaco, *ſexcentos ante decembres,*
Vexiſſe huc aurum Friſones, *orbe, notant:*
Nec ſatis Heſperi erat ſedē luſtraſſe, nec Arcti,
Nec ſatis inventus dives hic orbis erat.
Sed quoq; luciferi proavis abſcōdita, et Auſtri,
Celſo animo ſatagunt reddere nota ſibi:
Magnus Ioannes Friſio *cognomine* Præſter
Regis id imprimis filius urſit opus,
Scilicet æternos animo voluebat honores,
Curaque ſub Cancri ſydere mentis erat:
Non Phębi *rabies, nec inhoſpita rura, nec hidri*
Nec quoque magnorum vis inimica ducum
Terruit heröem, iuſſit procedere virtus,
Virtus Friſiacæ *iugis alumna domus:*
Transiјt ad Nili *fontes, &* Abyſſina *Regna,*
Conſtituens ſedem nominis illa ſui,
Nominis & Soliј, quæ tot ſimul ordine Reges,
Hactenus ex eius poſteritate tenent:
Anne igitur merito lætatur Friſia, *quando*
Tot populos audit ſanguinis eſſe ſui,
Tantam telluris partem, tot Regna, tot Vrbes,
Friſonicæ *ſummo ſtirpis honore coli:*
Certe exultandi præbent diademata cauſas,
Dant hederæ, lauri, roſtra, trophæa ferunt;
De quibus hanc texit Suffridi *Muſa corollam*
Egregiæ rarum ſedulitatis opus,
Innumeris gemmis & multo flore refertam,
Ex variјs terræ partibus atque maris,

Ioannes cognomento Præſter *Radbodi* 2. Regis frater cum *Friſiis Daniſque* ad *Nili* uſque fontes perrexit, ac ibi Regnum ſui nominis condidit. *Ioannes Nauclerus, Capp. Staurienſis Babt, Mantuanus, libert. Epiſc. Berythenſis* Faſci Temporum, & plures aliј.

Quæ ſibi

Quæ ſibi concilians æternæ laudis honores,
Exornat patriæ tempora clara ſuæ;
Quare age felices nunc erige Friſia *vultus*
Hiſtorici tanto munere compta tui.
Itala *gens cedit, cedit tibi* Græcia *palmam,*
Neutra fuit ſertis ſic decorata ſuis;
Neutra ſuo coluit tam latos ſemine campos,
Neutra fuit tanta prole beata parens;
Neutra, inquam, peperit præconem Friſia, *qualē*
Tu tibi virtutis dia virago tuæ.
Roma Titum *ſileat,* Xenophontem Græcia, *longe*
Clarius hiſtorica perſonat ille tuba;
Qui tua proclamans iamdudum fortia facta,
Laudibus implevit ſolis utramque domum.
Seiunctoſque diu per plurima Regna Nepotes,
Hoc reduces uno fecit adeſſe loco.
Pro quibus heroi reſeratur gratia tanto,
Laus, honor, & meritis, præmia digna, ſuis.

PONTIFICES FRISIORVM ETHNICI, SEV PRAEFECTI DRVYDVM.

HAIO.

FIlius *Friſonis Friſiorum* Archegi: Primus hic gentilium ſacerdotum Pontifex, ſeu prefectus *Druydum*, vulgo De Wyden/ id eſt conſecratorum, quos poſtea Druyten appellabant, ab ipſo videtur patre conſtitutus: Scripſit, ut *Suffridus* refert, de Dijs patrijs, De Sacrificijs Deorum, ac de Delubris, Altaribuſque in *Friſia* erigendis. *Hier. Hemmenges* hunc, ob cu-

Wyden ſeu Wyen conſecrare ſonat, ut patet ex Prieſter Dr. Wyden/ Kerckwyden/ & ſimilibus; Hinc Dr. Wyden ſacerdotes ethnicorum vulgo dicti ſunt. *Romani* autem, duas has voces connectentes, Druydes unica ſcribebant dictione

ob curam forte ſacrorum, *Hagionem* vocat, in Genealogijs Principum *Germaniæ*, editione priore, ubi & Stirpem *Friſonis* Regiam ad *Radbodum* uſque 2. deducit. *Haio* hic ex *Heila* majorum *Cauchorum* Principis filia, *Geroldum*, *Haionis Camgani*, primi *Amlandiæ* Dynaſtæ, patrem;& *Mannum*, per illuſtris familiæ *Hermanæ*, portuſque *Manarmanis*, *Ptolomeo* noti, conditorem; ac *Galonem*; *Gruni Gronengæ* fundatoris, parentem, teſtibus *Sterckenb.* & *Suffr*. genuit.

VITHO.

HIC primus *Haioni* ſucceſsiſſe invenitur; ſed longo ex intervallo,integra enim Pontificum,ſeu præfectorum *Druydum*, ſeries non extat. Vixit, ut ex *Huberti Schoti* Collectaneis apparet, ſub *Diocaro Friſiæ* Principe circa Annum Domini 30. cum paulo ante templum celeberrimum *Tanfane* vulgo 't Aldenfane/ id eſt,ad vetus vexillum,in *Marſis Friſicis*,à *Romanis* everſum eſſet. De quo *Tacitus* lib. 1. Annalium. Vide *Suff*. de Scriptoribus *Friſiæ* Dec. 8. cap. 3.

SERAPIO.

SVCceſsit patri; Sedemque ſuam, ut cæteri omnes, teſtibus *Suffrido* & *Schoto*, in Aula Dei *Stavonis*,ubi nunc eſt *Leovardia*, habuit Vixit ſub *Dibbaldo* Principe, circa Annum Domini 70. quo tempore *S. Ægiſtus* Diſcipulus Domini, *Roma* à Divo *Petro* miſſus, *Friſiis*, *Saxonibuſque Chriſtum* annunciare cæpit. *Cappidus Staurienſis* in eccleſiaſtica *Friſiæ* hiſtoria. *Varnerus* de Laud. antiq. *Saxoniæ*. *Crantzius Metrop*. lib. 1. ſed is nomen *S. Ægiſti* non exprimit.

HARCO.

FIlius *Serapionis*: Cathedræ ſimul,& publicæ *Friſiorum* Scholæ præfuit; nomenque Sapientis, teſte *Suffrido*, cum reliquis *Druydum* Præfectis inde adeptus eſt. Schola autem hæc, eo fuiſſe loco ſcribitur,qui adhuc *Leovardiæ* vulgo Oldehooff/ id eſt, vetus Aula, dicitur. Vixit ſub *Tabbone* Principe circa Annum 120.

SYNNA.

SYNNA.

FVIT & hic ſucceſſor patris ſui; ſcripſit ad *Aſconium* primum *Friſiæ* Ducem, de colendis Dijs patrijs, & exterminandis Chriſtianis; quorum nonnulli tunc in *Friſia* videntur fuiſſe: ex poſteris forte eorum, qui olim à *S. Ægiſto* converſi erant, nam & Cœnobia ibi paulo poſt erecta, Chronica *Hollandiæ* referunt. Vixit Anno circiter 165.

HARCO II.

HIC *Synnæ* Sapienti (ſic enim vulgo dicebantur) ex intervallo Pontifex ſeu Præfectus *Druydum* in Aula Dei ſucceſsit. Scripſit de immortalitate Animæ humanæ, & de Anima brutali, ut *Hubertus Schotus* refert. Vixit ſub *Harone* Orientalis, & *Diderico* Occidentalis *Friſiæ* Ducibus, circa Annum 310.

VITHO II.

SCripſit hic, *Cappido* & *Schoto* teſtibus, de reſtaurandis Delubris Deorum: De reformandis Gymnaſijs. De publicis Actis ad Poſteritatis memoriam diligenter conſervandis. De locupletanda Bibliotheca publica, quam *Stauriæ* cum ingenti Antiquitum *Friſicarum* damno, exuſtam *Suffridus* refert. Obijt ſub *Richoldo* primo *Friſiæ* Rege, Anno 432.

POPPO.

EThnicarum literarum longe peritiſsimus. Scripſit de Cultu Deorum: De Ritu ſacrificiorum: De officijs *Druydum*, de Rebus geſtis *Harconis Rodmanni*, & *Sivardi Hopperi* Claſsis *Hengiſtianæ* Præfecti; De Vnione Occidentalis *Friſiæ* Regni cum Orientali; ejuſdemque per *Francos*, cæſo *Beroaldo* Rege, oppreſsione. Exauthoratus à *Francis*, per *Radbodum* primum dignitati reſtitutus eſt, circa Annum 676.

SIVARDVS.

HIC libros *Ciceronis* de natura Deorum tanquam erroneos damnavit, & publice exuſsit. Scripſit Hiſtoriam Principum, Ducum, & Regum *Friſiæ*; ac de prohibenda Chriſtiano-

rum Doctrina;quorum hoſtis erat acerrimus. *Vurtſingus Ado* avus *S. Ludgeri*, in exilium ejectus eſt; & *Solco Fortemannus* in carcerem detruſus. Vixit,ut *Suffridus* notat,circa Annum 770.

OCCO.

VIR ferox; ac Pontificum *Ethnicorum Friſiæ* ultimus. Scripſit de Doctrina *Druydum*: de ſucceſsione Profeſſorum ejuſdem Doctrinæ in Aula Dei, de ſacrificijs Deorum, & vindicando eorum cultu adverſus *Chriſtianos* ad *Radbodum* 2 *Friſiæ* Regem; qui tamen, Regno privatus, à S. *Adelberto* ad fidem converſus eſt. & *Egmundæ* pie obijt; ut patet ex hoc ſuo Epitaphio.

H*IC iacet in terra* Raetbout, *cum Coniuge* Amarra:
Stirps fuit hæc Regis, de quibus iſta legis;
Natus ab Adgillo Raetbout, *ſyncerius illo*
Vixit; nec miro peior Amarra *viro:*
Sanctus Adelbertus, *multa pietate refertus,*
Quos docuit Lucis quærere Regna Ducis:
Hos mors delevit, tales Hæcmundaque flevit
Dignus vterque coli, ſemper in arce poli.

PONTIFICES FRISIORVM CHRISTIANI SEV EPISCOPI VLTRAIECTINI.



Inſignia Regni *Friſiæ* Occidentalis; ſub quo & *Traiectum* una cum *Hollandiæ* & *Selandiæ* olim fuit: ut patet ex Chron. *Hollandiæ* *Meiero* & Diverſis Sanctorũ Vitis.

S. WILLEBRORDVS, Anno 696.

ANglus ex *Friſiis* oriundus: *Romæ* à *Sergio* Papa, teſte *Beda*, in *Friſiorum* Archiepiſcopum (quorum jam multos ad *Chriſtum* converterat) conſecratus eſt, &, *Clemens* vocatus, Cathedram ſuam *Traiecti* Statuit; ex qua urbe *Radbodus* Rex *Koniochum S. Cuneberti* Suffraganeum paulo ante ejecerat, & nunc rurſus à *Pipino* ejectus erat. Poſt Idola gentilium everſa, & Baſilicas *Chriſto* paſsim erectas, obijt Anno 739. *Epternacique* in Cœnobio à ſe fundato, ſepultus, adhuc claret miraculis. De hoc vide *Alcuinum*, *Hedam*, *Molanum*, *Surium*, *Marcellinum*, & alios.

S. BONIFACIVS, Anno 739.

COgnatus *D. Willebrordi*, ut ex *Philippo Eiſtetenſi* in Vita *S. Walburgæ* apparet. Primum *Moguntinus*, deinde *Traiectinus* Archiepiſcopus; *Germanorumque*, & *Friſiorum* Apoſtolus: poſt immenſos in vinea Domini exantlatos labores, *Doccomij* cum 51. Socijs Martyrio coronatus eſt: ubi præter calicem, & ſacras veſtes, Cranium ejus, cum oſsibus 40. Sociorum ad Annum uſque 1580. honorificè conſervatum, miraculis claruit. Reliqui undecim *Trajectum*, ipſe *Fuldam* tranſvectus eſt. Gemma *Friſius* Mathematicus, claudus natus, *Doccomij* in Æde ejus ad oſſa SS. Martyrum, orans, ſanitatem eſt conſecutus. *Cornel.* Gemma in Coſmocriticis. *G. Ant. Hopperus* in Eccleſiaſtica *Friſiæ* hiſtoria.

S. GREGORIVS, Anno 755.

HIc, cum *D. Bonifacio* ob pietatem, & eximias animi dotes, egregie charus eſſet; poſt mortem ejus in Epiſcopum *Trajectenſem* electus eſt, & *Colonienſi* Archiepiſcopo primus ſubfuit. *S. Lebuinum* ad convertendos *Tranſiſulanos*, vicinoſque *Friſios*; *D. Marcellino Plechelmoque* adjutorem miſit, quorum & ipſe Prædicator extitit. Vitam ejus & Succeſſoris conſcripſit *S. Ludgerus* & habetur *Fuldæ*. Vide *Nicol. Serarum* de Rebus *Moguntiacis*.

S. ALBERICVS, Anno 776.

VIr integritate clarus; *S. Vihonem Leovardiæ* natum, ex Schola *Trajectenſi*, primum *Oſnabruggenſem*, ac totius *Saxoniæ*, Epiſcopum Anno 780. vidit; virum apprime doctum ac pium. *Suff.* de Scriptoribus *Friſiæ* Dec. 5. *Crantz. Metrop.* lib. 1. Annos autem Epiſcorum primorum ex *Archivis Trajectenſibus* huc tranſmiſſos ſequimur.

THEODARDVS, Anno 786.

FRIſo hic ex nobili *Rodmannorum* familia *Trajecti* ſedit, cum *S. Ludgerus Friſo Monaſterienſis*, & *S. Willehadus Bremenſis*, Epiſcopi conſtituti ſunt, ac *Friſiis* intra *Lavicam* & *Albim*, à ſe converſis,

converſis,præfecti: uterque miraculis,& vitæ ſanctimonia clarus *Crantz. Metrop.* lib. 1.

HARMACARVS, Anno 792.

CIrca devotiſsimi hujus viri Præſulatum, *Poptetus* Ductor, *Friſiorum*, *Vlisbonæ* cum ſuis præſidium tenens, *Saracenos* ingenti Strage, ab urbe fugavit; ipſeque Victor occumbens miraculis claruit; palma ex corde ejus pullulante. *Ioachimus Hopperus* in Epitome Rerum Friſicarum. *Petrus Thaborita* in Supplemento *Vorperi.*

RIXFRIDVS, Anno 800.

PRæſul doctus ac humilis. Ab hoc rogatus *S. Ludgerus* ſcripſit Tractatum de Canonizatione *D. Suidberti*, & miraculis ejus, poſt mortem factis; qui citatur à *Bellarmino* & *Valencia*; extatque apud *Surium* Tomo 2. Templum *Martis* (quem *Friſii* Foſtam vocabant) in *Amlandia* Anno 806. converſum eſt in Oratorium Chriſtianorum; & poſtea in Cænobium *Andr. Corn.* lib. 2.

S. FREDERICVS AB ADELEN, ANNO 820.

FRiſo pius & illuſtris, *Adgilli* 2. ex Cronovilla filia nepos Patriam, tam ſua, quàm *S. Odulphi* prædicatione, ab *Arriana* liberavit hæreſi; ſcripſitque Orationem luculentam de SS. Trinitate; qua *Friſii* adverſus Larvas olim, in albarum mulierum ſpecie apparentes, ſolebant uti. Nuptias incæſtas *Lodovici Pij*, cum acrius improbaret, cura Imperatricis trucidatus eſt; multiſque fulſit miraculis. *Vorperus*, *Becanus*, & alij.

ALFRICVS AB ADELEN, ANNO 838.

FRatre Martyre, pietate, & Regia Stirpe inſignis. *S. Anſcharium* conterraneum, ac coætaneum habuit, qui primus Archiepiſcopus *Hamburgenſis*, & Regnorum ſeptentrionalium Apoſtolus extitit. Hunc *Crantzius Metrop.* lib. 1. Gallum facit, cum

cit, cum tamen Wardenæ ad Lavicam in *Friſia* natus ſit. *Suffridus* de Script. Dec. 6.

LVDGERVS, Anno 845.

HOmo *Friſius*, non ſolum doctus, ſed & ſanctus, ut ait *Barlandus*, quales poſt acceptam Fidem complures, teſte *Crantzio*, in omnem circunquaque Regionem emiſit *Friſia*; ex qua & Doctores aliqui, noſtro hoc ævo, in *Indiam* uſque perrexerunt. *Suffrid.* de Script. Dec. 15.

HVNGERVS, Anno 851.

FRiſo innocentiſsimæ vitæ; *Traiecto* à *Normannis* Anno 856. pulſus; Monaſterium *S. Petri* prope *Ruremondam* pro ſe, & Clero profugo, à *Lothario* Rege impetravit; & annos decem in eo ſanctiſsime vixit. *Molanus* de Natal. SS. Belgij.

ODILBALDVS, Anno 866.

FRiſo Eleemoſinarius inſignis, Hujus tempore Anno 888. obijt *S. Rembertus* Archioepiſcopus *Bremenſis*, cognatus *S. Anſcharij*, Vardenæ in *Friſia* natus; licet quidam illum *Flandrum* faciant; *Danorum, Suecorumque* Apoſtolus, pietate, & ſignis clarus. *Suff.* de Script. Dec. 7. *Ubbo* lib. 5.

EGILBOLDVS Anno 900.

DEfuncti ut conterraneus, ita & virtutum ſectator. *S. Ieron Nordovici*, & SS. *Walfridus, Radfriduſque* in pago Bedumenſi prope *Gronengam* Anno circiter 900. vel paulo ante, à Danis trucidati, multis poſt mortem fulſere miraculis. *Molanus* in Chronicis.

S. RADBODVS, Anno 901.

EX Regia *Friſiorum* Stirpe, eorundemque apud *Salios Thubanteſque* relapſorum Apoſtolus; ſignis & prophetico ſpiritu clarus; *Nannonem Staurienſem* virum doctiſsimum Præceptorem habuit, & multa ſcripſit: quorum plæraque, cum reliquis Apoſtolorum *Friſiæ* ſcriptis, brevi, ſpero, in luce dabimus.

BALDE-

BALDERICVS, Anno 917.

HIC antiquam, pulſis *Normannis*, ſedem repetens, ſacra *Traiecti* collapſa inſtauravit; urbemque, & Diœceſim varijs ſanctorum exornavit reliquijs. *Odo* Dux *Suecus*, ducta *Taconis Cammengæ*, & *Teclæ* Regis *Gondobaldi* neptis filia, illuſtri *Botnyanæ* familiæ originem dedit *Scharlenſis* lib. 2.

FOLCMARVS, Anno 977.

FRiſo pacificus & devotus Corpus Conterranei hujus S. *Evermari*, *Ruthis* olim prope *Tongros* cum 10 Socijs infidelibus occiſi, Anno 968. è terra elevatum eſt, multiſque ſub eo claruit miraculis. *Molanus* de Natal. SS. *Belgij*.

BALDVINVS, Anno 990.

PRæſul magnæ virtutis & nobilitatis; *Arnoldi Cliviæ* Comitis ex ſorore Nepos: ſub hoc fragor in Aëre horrendus quaſi armatorum hominum Anno 991. per *Friſiam* auditus eſt; biennio ante necem *Arnulphi Hollandiæ* Comitis. *Andr. Cornel.* lib. 2. ex *Vlieterpio*.

ANSFRIDVS, Anno 994.

HIC à Cæſaribus *Othone* 3. *Henrico* 2. varias Arces & Ditiones pro Eccleſia ſua impetravit; ampliſsimique *Traiectenſis* Principatus fundamenta jecit *Becanus*. *Heſſelus Jongema*, duos, eum proditionis falſo accuſantes, duello occidit, ſed bona eorum ſibi à Iudicibus *Friſiæ* adjudicata, habere noluit. *And. Cornel*, lib. 2.

ADELBOLDVS, Anno 1008.

FRiſo nobilis doctus ac potens; Ædem ſummam quæ *Traiecti* eſt, Anno 1015. *S. Martino* erexit, & octennio poſt, præſentibus Duce *Brabantiæ*, Comitibuſque *Hollandiæ*, *Geldriæ*, *Cliviæ*, *Benthemiæ*, *Cuyckiæ* & *Ghoræ*, clientibus ſuis, conſecravit. A *Thedorico* 3. *Hollandiæ* Comite pugna captus eſt: ſed per *Friſios* vi rurſum liberatus. Scripſit de Laude *B. Mariæ*

Virginis De Laude S. Crucis;ac Vitam S. *Henrici* Cęſaris. *Suff.* de Script. *Friſiæ* Dec. 7. cap. 6.

BERNVLPHVS, Anno 1027.

VIR pietate inſignis. Templa & Collegia SS *Petri* ac *Ioannis Traiecti* fundavit: Canonicos *Daventriæ* inſtituit: *Trentiamque*, cum *Gronenga* urbe ab *Henrico* 4 dono accepit. Sub hoc *Friſii* quidam nobiles, ut in prologo *Norwagiæ* ait *Crantzius*, Inſulam borealem ſub *America*, ni fallor, *Mexicana* ingreſsi, Aurum inde primi in has terras advexerunt. Quin & Auſtralem *Friſios Americam* ante *Hiſpanos* intraſſe, non ſolum ex Aquilis more eorum pictis ſculptiſque, in *Chili* paſsim inventis, apparet; ſed & *Glaucam* Principis filiam ibidem captam, ſe ex antiquo *Friſonis* ſanguine ortam dixiſſe, *Alphonſus* de *Ercilla*, Eques S. *Iacobi*, & Cæſari *Carolo* à Cubiculis, refert; *Chile* quoque ibi frigere ſonat, ut & **Cile** ſeu **Kile** in *Friſia*.

GVILHELMVS, Anno 1054.

HIC bello ſemper implicitus, *Godefrido Gibboſo Lotharingiæ* Duci, in occupanda *Hollandia* Strenuam navavit operam, eundemq; à *Friſiis Alcmariæ* obſeſſum pugna liberavit. *Saſcherus* **Harns** *Almeni* in Cæmiterio à *Ruardo Harliga*, ob primatum in Eccleſia ſecularem, occiſus eſt: De quorum Caſtris, per factione poſtea everſis, urbs *Harlengia*. *Friſiis* **Harns** dicta, initium ac nomen accepit, *And. Corn.* lib. 2.

CONRADVS SVEVVS, Anno 1075.

ERexit *Traiecti* Collegium D. Virginis: primaque expeditio in Terram Sanctam Duce *Bullonæo* Anno 1096. facta eſt: in qua *Friſii* tantam bello laudem apud *Nicæam*, Cæſaream, & *Antiochiam* meruerunt, ut *Eilco Liaucama* & *Fecco Botnya* bonæ parti Exercitus præfecti ſint. *Vbbo* lib. 4. *And. Corn.* ex *Ioanne Vlieterpio* & *Vilcone Iaerſma*, lib. 2.

BVRCHARDVS, Anno 1099.

PRimo, egregij hujus viri, Præſulatus Anno, *Hieroſolima* à Chriſtianis expugnata, ac *Liaucama* & *Botnya* graviter vulnerati ſunt:

nerati ſunt: *Igo* vero *Galema*, ad Cæſaream læſus, ab *Ubbone Hermana Antiochiæ* honorificè ſepultus eſt. *Tiepco* autem ex Stirpe *Fortemanica* ultimus, *Sicco Liaucama*, & quidam alij, ad Nicæam fortiter occubuerunt.

GONDOBALDUS, Anno 1112.

FRiſius hic abſtinentiſsimæ vitæ, fundavit Cænobium *Oſtbrocanum*; ac illuſtres quoſdam Conterraneos Anno 1117 rurſus in Terram Sanctam euntes vidit; inter quos *Watzo Herema*, & *Hommo Hommema* pro Fide cæſi; ac *Sixtus Cammenga*, & *Watzo Ockynga* captivi cum Rege *Balduino* 2. in *Parthiam* abducti ſunt: *Heſſelo Hermana*, & *Goffone Roorda* graviter in pugna vulneratis.

ANDREAS CUYKIUS, Anno 1127.

IS *Oſtergoam*, & *Weſtergoam* à *Conrado* Cæſare impetravit; cum *Lotharius* eas paulo ante Comiti *Hollandiæ* dediſſet: ſed *Friſii* a vitæ ſuæ libertati inſiſtentes, neutri parere voluerunt. *Stauriæ*, è Cænobio S. *Odulphi* Religioſos quoſdam ſemovit, alioſque melioris diſciplinæ ijs ſuffecit.

HERBERTUS BYRUM, Anno 1138.

FRiſo hic à *Theodorico* ſeu *Diderico* 6. *Hollandiæ* Comite *Traiecti* obſeſſus, in habitu Pontificali cum omni Clero egreſſus eſt; Anathemateque intentato, ex elato ſupplicem, & ex hoſte amicum reddidit. *Gronengenſes*, *Trentinoſque* tumultuantes præſens ipſe compeſcuit, & de novo Iuramentum obedientiæ præſtare fecit.

HERMANNUS HORNIUS, Anno 1150.

PRopter electionem hujus, inter Cives, nobileſque tumultuatum eſt, tandem Epiſcopatum obtinuit: ſed ob nimiam lenitatem omnibus pene deſpectui fuit. Magna *Friſiorum* pietas, tam in erigendis domi Templis, ac Cænobijs, quàm pro Fide Chriſtiana profundendo foris ſanguine, circa hæc tem-

pora enituit. Vide *And. Cornel.* lib. 2. *Vorperum* lib. 3. & alios.

GODEFRIDVS RHENENSIS, Anno 1156.

HIC Arcem *Vollenhoam*, cum tribus alijs, in tutelam ſuæ Diœceſeos condidit;ac *Fredericum Barbaroſſam* fautorem habuit, apud quem *Heſſelus Martena* Magiſter Equitum, & *Doco* ejus frater à Cubiculis fuit; qui cum Cæſarem ſervare conaretur, cum eo aquis in *Armenia* ſuffocatus eſt. *And. Cornel.* ex *Vlieterpio* lib. 2.

BALDVINVS II, Anno 1178.

HOllandiæ Comitis filius;pietate, ac Caſtitate inſignis,quales & *Friſia* eodem tempore habuit S. *Fredericum* Horti *B. Mariæ*,& S. *Vigboldum Lumkerchiæ* Abbatem,utrumque miraculis, & rara vitæ ſanctimonia celebrem. *Sibr. Leo* in Vitis Abbat. Horti *B. Mariæ. Vorperus.* lib. 3.

ARNOLDVS ET THEODORICVS, Anno 1196.

HI duo paribus fere votis electi, ad Pontificem Max. à Cæſare *Henrico 6* miſsi ſunt, qui *Arnoldum Theodorico* prætulit:ſed eo non multo poſt *Romæ* mortuo,alter ei à Pontifice ſuffectus eſt, qui & ipſe menſe quinto *Papiæ* in reditu obijt. Faſciculus Temporum.

THEODORICVS II, Anno 1198.

VIR bello plus ſatis intentus: à *Friſiis* adverſus *Hollandos* ſubſidium aliquod pecuniæ ex precario tributo *Stauriæ* petens, repulſam paſſus eſt; &, niſi boni quidam prohibuiſſent, à *Guilhelmo* Comitis *Hollandiæ* fratre, qui tum *Friſiæ* præerat, captivus in Arcem *Oſterſeanam* fuiſſet deductus. *And. Cornel* lib. 2.

OTHO GELDRIVS, Anno 1210.

PReſul hic *Geldriæ* Comitis frater,ab *Innocentio* 3 confirmatus eſt, quo

eſt, quo eodem *Petri* Cathedram obtinente, *Oliverius* Scholaſticus *Colonienſis* Crucem pro recuperanda *Hieroſolyma Friſiis* prædicans, complures *Chriſto* milites aſſcripſit: ſigno ibi Crucis, diverſis locis & temporibus in cælo, ſub concione ejus, apparente. *Vorp.* lib. 3. cap. 19.

OTHO LIPPIVS, Anno 1213.

HVnc *Trentini*, ex bello ſacro reducem, prope *Covordiam* occiderunt. *Friſii* vero *Saracenis* Anno 1217. apud *Vlisbonam* memorabili pugna cæſis; Vrbem Portus *B. Mariæ* inſigni auſu occuparunt; Templumque Mahometis celeberrimum, auxilio Sociorum, captis Gadibus, demoliti ſunt, & biennio poſt ad *Damiatam* pugnantes, Marte ac Arte toti ſe mundo illuſtres reddiderunt. Cæſarius lib. 8. *Vbbo* lib. 8. ex *Oliverio* Scholaſtico *Colonienſi* oculato teſte.

WILLEBRANDVS Anno 1227.

SVB initium Pontificatus hujus *Friſii* magno rurſus zelo ac claſſe cum *Frederico* 2. Cæſare per literas peculiares requiſiti in *Paleſtinam* profecti ſunt; Paceque cum *Sulthano* facta, & *Hieroſolyma* Chriſtianis reddita; *Refridus Roorda* ibidem nefarie occiſus eſt. *And. Corn.* ex *Vlieterpio* lib. 2.

Vide literas Cæſaris ad calcem libri ſecundi.

OTHO HOLLANDVS, Anno 1233.

DIœceſim graviter obæratam induſtria patrimonioque ſuo liberam reddidit; ac *Trentiam* ei rebellem rurſus ſubjecit. Archiepiſcopus *Rigenſis* ab *Innocentio* 4 miſſus, complures iterum *Friſios* ad ſacrum bellum ſuſcipiendum Cruce ſignavit, Cænobiumque Prædicatorum per *Cammenganos Leoverdiæ* erigi cæptum eſt, Anno 1245.

GOSVINVS AMSTELIVS, Anno 1249.

HIC conſentientibus *Guilhelmo* Cæſare, & Archiepiſcopo *Colonienſi* primo ſe anno Præſulatu abdicavit: eodemque *Friſii S. Ludovicum Franciæ* Regem in *Ægyptum*, ac inde in *Paleſtinam* ſecuti ſunt, & utrobique laudatiſsimam navarunt operam.

peram. *Vbbo* libro decimo.

HENRICVS VIANDVS, Anno 1250.

VIR Pontificatu dignus; Collegium Canonicorum *Stenvicæ* inſtituit: *Friſiique* ſub eo, vel ſucceſſore, ut plurimi volunt, Anno 1269. ultimo in Terram Sanctam iverunt; captaque à Chriſtianis *Carthagine*, & fuſis inſigni Strage ad *Tunetum Saracenis*; ipſi ob famam virtutis bellicæ, *Tyrum* ad urbis præſidium Archiepiſc. vocati ſunt. *Vbbo* lib. 11.

IOANNES NASSOVIVS, ANNO 1267.

HIC cum oppignoratis quibuſdam Caſtris, Diœceſim ſuam magno ære alieno gravatam reddidiſſet, dignitate exutus eſt; & *Friſii* ex *Paleſtina*, neceſſarijs conſumptis domum reverſi ſunt; habuerant autem pro viatico ſinguli *Marcas Sterlengenſis* monetæ 7. cados butyri, 6. bovis dimidium: pernam porcinam; & farinæ ſemodium.

IOHANNES SIRICHIVS, ANNO 1288.

CVM annos fere novem Pontificatum ſuum honorifice rexiſſet, ad *Tullenſem* autoritate Pontificis Maximi evectus eſt: ſecundo autem Præſulatus anno, ignis fortuitus bonam urbis *Traiectenſis* partem, una cum multis ſacris Ædibus inæſtimabili damno conſumſit.

GVILHELMVS BARTHOVTIVS, ANNO 1296.

AB adverſæ factionis Principibus carceri mancipatus, poſt annum liberatus eſt. *Friſioſque* ad tuendam libertatem contra *Hollandos* non ſolum magno ſtudio inſtigavit, ſed & ipſe quoque bellum adverſus eos ſuſcepit, in quo tandem occiſus perijt.

GVIDO HANNONIVS. ANNO 1301.

Cardinalitiam

CArdinalitiam dignitatem recuſavit, Caſtrumque in *Stel-lencWerfia* condidit; quod tamen *Friſii*, depoſitis ad tempus inteſtinis (de more) ſimultatibus, vi rurſum occuparunt,& diruerunt, licet Factio *Vetcoperorum*,& *Schyringorum* crudeliſsime tum, & ferventiſsime in partibus illis ſæviret.

FREDERICVS SIRICHIVS,
Anno 1317.

HIC *Romæ* à *Joanne* 22. Pontifice Maximo in Epiſcopum conſecratus eſt, turrimque illam inſignem *Traiecti* ad Ædem *S. Martini* inchoavit, ac Diœceſim, quam locupletem invenerat, brevi admodum tempore egenam pauperemque reddidit.

IACOBVS OSTHORNIVS,
Anno 1322.

MORte nimis feſtina ſublatus, conſecrationem à Summo Pontifice non accepit. *Elocus Liaucama* Abbas *Lidlumenſis*, ſub hujus Præſulatu in *Friſia* claruit; qui à *Laicis* ſuis monita,& miracula contemnentibus Anno 1333. occiſus eſt. Vide *Verp*. lib. 3.

IOANNES DIESTENSIS,
Anno 1323.

CANOnicos *Amersfordiæ* inſtituit. Arcem *Vredslandiam* *Hollandiæ*, & *Vollenhoam Gelariæ* Comiti oppignoravit: qui vicinam quoque *Friſiam* à *Rodolpho* Cæſare in Feudum accepit, ſed literis Armiſque eam ſubjugare fruſtra conatus eſt.

NICOLAVS DE CAPVTIIS,
Anno 1340.

CVM *Traiecti* in electione Canonici non convenirent, & alij *Joannem Arculanum*, alij *Bronchorſtium* vellent, hic à Pontifice Maximo Epiſcopus conſtitutus eſt: ſed ad dignitatem Cardinalitiam evectus Præſulatum infra biennium reſignavit.

IOANNES

IOANNES ARCVLANVS,

Anno 1342.

RE cuperatis Caſtris ab anteceſſoribus oppignoratis, *Leodienſium* Præſul factus eſt *Guilhelmus* 4. *Hollandiæ* Comes, anno hujus tertio, cum magna Nobilitate, & octodecẽ ſuorum millibus, pridie *Coſmæ* & *Damiani* à *Friſiis* cæſus eſt, unde vetus hoc numerale Carmen. NoX CosMæ hoLLandos LVXit, qVos FrIsIa fLIXIt.

IOANNES VERNEBVRGIVS,

Anno 1364.

CAptus ab hoſpitibus in oppido *Ghora*, libertatem decem & ſex ſcutatorum millibus redimere coactus fuit: Diœceſim tamen ſatis pacifice rexit. Factio *Hamatorum* & *Capitonum*, vulgo Hoek & Cabbelauw/ initium hujus tempore in *Hollandia* ſumpſit. his *Vetcoperi*, illis *Schyringi*, *Friſiorum* Factioſi, adhærebant.

ARNOLDVS HORNIVS,

Anno 1371.

EpiſcopatumT *raiectenſem* cum annos ſeptem Strenue gubernaſſet, ab *Vrbano 6.* Antiſtes *Leodienſium* conſtitutus eſt. Zelus Religionis circa hæc tempora tam in *Friſia*, quam *Hollandia* magnopere fervebat, & plurimi mundo renunciantes, vitam, non obſtantibus Factionibus, devotiſsimam in Cænobijs agebant.

FLORENTIVS VEVELENCHOVIVS,

Anno 1378.

VIR Præſulatu dignus: nulli ſuperiorum Pontificum virtute aut pietate ſecundus extitit: *Hardenbergæ* ad *Vidrum* SS. Paraſceves die, dum ſacra in templo peragerentur, in *Chriſto* obdormivit. Diœceſimque tranquillam, & Caſtra omnibus neceſſarijs inſtructa munitaque ſucceſſori reliquit.

FREDE-

FREDERICVS BLANCKENHEIM,

Anno 1393.

HIC Comitatum *Cunerenſem* Anno 1407. ab *Hermanno* Comite filioque ejus *Henrico* duodecem *Rhenenſium* millibus emit, & cum vicinis *Friſiis* bellum acre geſsit: quod per arbitros tandem anno 1413. compoſitum eſt. *Covordiam* vero deditione cæpit, & *Trentiam* rebellem Diœceſi ſuæ rurſum ſubjecit.

SVEDERVS CVLENBVRGIVS,

Anno 1423.

RODOLpho *Diepholtio*, cum alijs quibuſdam, altercante, Pont. Maximus hunc Epiſcopum conſtituit, ſed cum *Tranſiſulaniæ* Civitates primum, ac deinde etiam urbs *Traiectum*, cum *Diepholtio* facerent, ipſi tandem, annuente & urgente Pontifice, hic cedere coactus fuit.

RODOLPHVS DIEPHOLTIVS,

Anno 1432.

POST diuturnas cum *Culenburgio* lites, hic Præſul factus & confirmatus eſt: Diœceſimque ſatis induſtrie rexit. ſub hoc Antiſtite, ut & ſæpe alias, diverſa *Friſii* inter ſe percuſſerunt fædera, quæ tamen, metu externorum hoſtium remoto, ſemper à factioſis iterum rupta ſunt.

GISBERTVS BREDERODIVS,

Anno 1455.

HIC ut publicæ tranquillitati conſuleret, *Davidi Terovanenſium* Præſuli, & *Philippi Burgundiæ* Ducis filio, Epiſcopatu volens ceſsit: cum Cives *Traiecti* tumultuantes induſtria ſua & amicorum quorundam auxilio, paulo ante, in debitum redegiſſet ordinem.

DAVID BVRGVNDVS, Anno 1454.

VIR communi utilitati natus: Doctis Mecænas, pauperibus miſericors, & ſubditis ſuis admodum amabilis extitit. *Tranſiſulanos* primo paulum averſos, poſtea ſibi obſequentiſsimos habuit. *Rodolphus Agricola Friſius* ſui ſæculi Phænix Anno 1485. *Heidelbergæ* obijt. *Vide Aub. Miræum,* & *Paulum Jovium* de viris illuſtribus.

FREDERICVS BADENSIS, Anno 1496.

CVM hic ſe bellis & Factionibus implicitum cerneret *Philippo Burgundo* Epiſcopatum reſignavit: Anno regiminis hujus quarto, Domini vero 1500. multi pij, ac devoti *Friſii,* ad *Jubileum* celebrandum *Romam* profecti ſunt, ex quibus *Suffridus Lyuvonis de Beyem,* vir comprimis Nobilis, & Zeloſus, libello ſupplici oblato ſolennem confirmationem juris ſui Patronatus de beneficijs aliquot Eccleſiaſticis, in *Aldorum, Pynnygum, Lollum,* & *Zurich* ab *Alexandro* Sexto Pontifice Maximo impetravit; quæ in membranis ſcripta, & ſigillo plumbeo munita apud *Vitum de Beyem* pronepotem ejus adhuc extat.

PHILIPPVS BVRGVNDVS, Anno 1516.

EPiſcopatum hic laudabiliter quidem, ſed non ſine factionibus rexit: quibus & *Friſia* tum miſere rurſum afflicta fuit, alijs *Burgundo,* in quem *Saxo* Ius ſuum reſignaverat; alijs *Geldro* libertatis (quam promittebat) ſpe adhærentibus. *Martinus Lutherus* Dogma ſuum promulgare cæpit, Anno 1517.

HENRICVS BAVARVS, Anno 1524.

HIC bello à *Carolo Geldriæ* Duce preſſus, Epiſcopatus ſui Principatum, conſenſu Cleri, & Ordinum, in *Carolum V. Cæſarem Burgundiæ* Ducem Anno 1528. tranſtulit: qui jam *Friſiæ* quoque Dominium, *Geldro* expulſo, ad *amnem* uſque *Lavicam* poſsidebat. Bellum Ruſticanum, ſub prętextu Libertatis Evangelicæ, in Clerum, & Principes Anno 1525. crudeliſsime per *Germaniam* exarſit.

GVILHELMVS ENKEVORTIVS, Anno 1529.

ROmam profectus, in *Purpuratorum* ordinem aſſcriptus eſt, diemque ibi extremum clauſit. Confeſsio *Auguſtana* in Comitijs ibidem habitis *Carolo V. Cæſare* Anno 1530. exhibita eſt: & ſequenti *Vlricus Zwinglius*, tam ab illa, quam Catholica diſſentiens, in *Helvetia* à Quinquepagicis cæſus. In *Anglia* autem Rex *Henricus* ejus nominis octavus, ſe Caput Eccleſiæ vocari juſsit Anno 1534. dignitaſque ea primo in filiolum, & deinde in filiam derivata eſt.

GEORGIVS EGMONDANVS, Anno 1535.

CIrca hujus Præſulatum hæreſes quoque in *Friſia*, *Hollandiaque*, & vicinis circumquaque Provincijs pullulare cæperunt. *Anabaptiſtæ Monaſterio* urbe per dolum capta, *Amſteledamum* de nocte tentarunt; & *Vetus*, ut vocant, *Cænobium* prope *Bolſvardiam* in *Friſia* occuparunt, ac munierunt: ſed à Catholicis paſsim, locis hiſce receptis, cæſi fugatique ſunt: *Ioanne Leidano* eorum Rege extremo ſupplicio *Monaſterij Veſtphaliæ* affecto, Anno 1535.

FRIDERICVS TAVTENBVRGIVS, Anno 1559.

HIC primus poſt *S. Bonifacium* Anno 1561. Archiepiſcopus *Traiectenſis* inunctus eſt; Suffraganeoſque accepit *Harlemenſem*, *Middelburgenſem*, *Leovardienſem*, *Gronengenſem*, & *Daventrienſem*, recenter conſtitutos Epiſcopos, viros doctrina, & pietate celebres: obijt Anno 1580. *Ioannes Bruveſius* poſt hunc deſignatus exul *Coloniæ* moriens, ad Cathedram non pervenit. *Sasboldus* autem Archiep. *Philippenſis* Legatione nunc Apoſtolica, in Partibus iſtis, nomine Pont Maximi, fungitur. Vicarius hujus, filius noſter *Ioachimus Hamconius* S. Theologiæ Licentiatus, Civitatiſque, & territorij *Lingenſis* Archipresbyter, *Lingæ* obijt Anno 1607. ſucceſsitque ei in Vicariatu *Philippus Rovenius*; Decanus *Oldenſalienſis*: in Archipresbyteratu vero *Gerardus Vogelius* Canonicus *Daventrienſis*: vir uterque pius, & S. Theologiæ Licentiatus. *Filij* Epitaphium, licet alias impreſſum, hic ſubjicere libuit.

CARMEN FVNEBRE.

Ex primis literis hexametrorum fit *Ioachimus*, ex pentametrorum *Hamconius.*

I *n* Friſia *undoſus patria eſt mihi* Follega *pagus*
  H amkema [a] *Stirps celebres reddit avita patres.*
O *cculto extorris* [b] *genitor quos geßit honores;*
  A *tq;* [c] *Atavus columen*, Lemmera *clara, tuum:*
A *mboq; Prætores* [d] *Abavi; quorum occidit* [e] *alter*
  M *arte aciem conans rumpere* Saxonicam.
C *onticeo Iuris quod patris* [f] *Avunculus arte*
  C *laruit, & Medica* [g] *Patruus arte patris.*
H *æc etenim generi debentur: gloria vera eſt,*
  O *rnari propriæ laudis honore ſuæ.*
I *lluſtris* Sophiæ *ceßit mihi* [h] *palma* Lovanj;
  N *exaque, eam profitens, ſerta, decuſque tuli.*
M *e* Grudia *ornavit reverenda* [i] *Licentia Lauro;*
  I *nſula* Mechliniæ [k] *eſt indita ſacra mihi.*
V *era pias duxi Paſtorque in prata bidentes,*
  V *t vice ſum functus* [l] *Nunçij Apoſtolici.*
S *ed peſte abreptum dum Corpus* [m] Lingia *maret,*
  S *olare ô Animam* Chriſte *benigne meam.*

Chronicon anni 1670.

LaVrea qVId sophIę? qVId ſaCra LICentIa, & Ordo?
  pVLpIta qVId? VeLoX trans VoLat oMne deCVs.

a *Sibr. Leo* ſcribit *Amkema* in Vitis *Abbat. Lidlumenſium.*
b Vide *Suffr.* de Script. *Friſiæ* Decad. 17. cap. 1.
c *Didericus Hamkema, Lemmeram Hollandis* anno 1422. excuſſis, fortiter defendit.
d *Bubo Vibius Iollema* Prętor *Doniewarſtallanus.* huius meminit libellus, vulgo d'Ordinantie van Saſſen.
e *Auguſt. Schynthiema Lemſterlandiæ* Prætor. ad *Laxum* Cæſus anno 1498.
f *Auguſt. Bolema* cauſarum, in ſuprema *Friſiæ* Curia, Patron. celeberrimus.
g *Andr. Hamconius* Myrica linguarum, & Medicinæ longe doctiſſimus: Vide *Suffrid.* de Script. *Friſiæ* Dec. 13. cap. 6.
h *Lovanij* Anno 1596. promotus in Artibus. Primus declaratus eſt; & annos 7. Philoſophiam in Collegio *Porcenſi* docuit.
i S. Theologiæ Licentiam magna ibidem cum laude adeptus eſt. Anno 1606.
k Conſecratus eſt in Sacerdotem Anno 1602.
l *Sasbold.* Archiepiſc. *Philippenſis* & Nuncius Apoſtolicus, ipſum in *Friſiam* ab Archiduce miſſum, Vicarium ſuum, ac Civitatis Territorijque *Lingenſis* Archipresbyterum conſtituit Anno 1606.

m Obijt *Lingæ* ex peſte, maximo ſui apud Cives, bonoſque omnes relicto deſiderio. 2. Septembr. Anno 1607. Vixit Anno 30. M. 10. D. 16.

FRI-

FRISIÆ OCCIDENTALIS, SEV HOLLANDIÆ ET SELANDIAE COMITES.

THEODORICVS SEV DIDERICVS FRISIVS.

PRimus hic *Hollandiæ* Comes, filius *Aquitaniæ* Ducis paſsim habetur: *Ianus* vero *Douſa* demonſtrat partem ejus extitiſſe *Gerolphum Friſiæ* Comitem, ex *Theodorico, Gondobaldi* (ni fallor) filio, & *Radbodi* ultimi *Friſiæ* Regis nepote, genitum: nam & *Meierus* illum cognomento, & *Molanus* natione *Friſium* fuiſſe ſcribunt. Comitatum autem in Feudum accepit à *Carolo* Simplice juxta *Douſam* Anno 913. juxta alios vero à *Calvo* Anno 863. qui tamen Ius in terras iſtas, tum ad fratrem *Ludovicum* pertinentes, ut & *Ubbo* alijque notant, habere non potuit, Repugnavit quoque Diploma *Arnulphi* Cæſaris *Gerolpho* Comitis hujus patri anno 889. de ijſdem fere Terris datum. Vide *Batavam Douſæ* lib. 5.

DIDERICVS II.

FRiſios Ditioni ſuæ verſus *Flevum* contiguos prælio vicit, & ſubegit: ſed ad ijſdem paulo poſt rurſum victus & fugatus eſt. Annum Inaugurationis hujus *Douſa* incertum putat.

ARNVLPHVS, Anno 988.

COMmiſſa hic cum *Friſiis* pugna, ad pagum *Vinkelium*, Anno 993. cæſus occubuit; & apud patrem avumque *Egmondæ* prope corpus *Radbodi* ultimi *Friſiæ* Regis; & *S. Adelberti* primi *Traiectenſis* Archidiaconi honorifice ſepultus eſt.

DIDERICVS III. Anno 993.

CVM auxilio Ducis *Lotharingiæ* mortem patris conaretur ulciſci, ab ijſdem hoſtibus, capto Duce, victus, & in fugam verſus eſt, Anno 1018.

DIDERICVS IV. Anno 1039.

PAcem cum *Friſiis* vicinis coluit: ſed *Leodienſium* & *Agrippinenſium* conjuratione, ut *Meierus* refert, ex improviſo *Dordraci* interfectus eſt.

FLORENTIVS, Anno 1048.

FRiſiis gratus fuit: quorum ope cum *Colonienſes Leodienſeſque* ſecundo viciſſet, defeſſus ſub arbore ſedens, ab hoſtibus ingenti ſuorum damno necatus interijt.

GERTRVDIS, Anno 1061.

VIdua *Florentij*: filio adhuc impubere Comitatui biennium præfuit; & cum *Roberto Balduini* 5. *Flandriæ* Comitis filio ſecundas celebravit nuptias.

ROBERTVS FRISO, Anno 1063.

FLander hic, ob *Friſicas* animi corporiſque dotes, vel ſtrenuam ut *Douſæ* placet, *Friſiæ* Citerioris, id eſt *Hollandiæ*, & *Selandiæ* gubernationem, *Friſo* cognominatus eſt.

GODEFRIDVS GIBBOSVS, Anno 1071.

DVX *Lotharingiæ*: *Robertum* cum uxore & privignis Comitatu expulit, & *Friſios* bello preſsit: ſed per inſidias tandem, dum alvum exoneraret, extinctus eſt.

DIDERICVS V, Anno 1075.

FLorentij filius, vir acer; recuperata hæreditate, primus hic ſe *Hollandiæ* Comitem, ut *Heda* & *Douſa* notant, ſcripſiſſe legitur: *Friſiæ* titulo, ſub quo hactenus *Hollandia* cenſita fuerat, relicto: *Lambertus* namq; *Schafnaburgenſis Renoburgum* & *Vlaerdingam Friſiæ* urbes ſub *Henrico* 3 vocat: ut & *Traiectum Herm.* Contractus lib. 3. Vide *Lovanium Lipſii* lib. 1.

FLORENTIVS II, Anno 1092.

PAci ac pietati deditus, omnes qui præceſſerunt eum Comites, teſte *Barlando*, virtute ac ſanctitate antecelluit, & cum *Friſiis* pacem coluit.

DIDE-

DIDERICVS VI, Anno 1123

TRaiectum obſidione cinxit; & cum *Friſiis* vario pugnavit Marte, ad quos frater ejus *Florentius* confugit, ac *Hollandos* magnis affecit cladibus.

FLORENTIVS III, Anno 1163.

HIC, lite cum *Traiectenſi* Epiſcopo de *Friſiæ* Dominio per Cæſarem *Barbaroßam* compoſita, in *Syriam* abijt; & contra Infideles fortiter pugnavit.

DIDERICVS VII, Anno 1190.

PAtre *Antiochiæ* defuncto cum *Guilhelmo* fratre ob hæreditatem bello certavit: ſed Comitatu *Hollandiæ* retento, *Friſiæ* ei Dominium conceſsit.

ADA, Anno 1205.

NVpſit *Lodovico Loßenſi* Comiti, qui tamen inter *Hollandorum* Comites non numeratur: ipſa varios perpeſſa caſus ſine liberis obijt.

GVILHELMVS, Anno 1204.

SVcceſsit nepti ex fratre, & *Hollandiæ* Comitatum *Friſiæ* Domino junxit; in quo Caſtrum *Oſterſeæ* habuit: cum *Loſſenſi*, & *Traiectenſi* multa geſsit bella.

FLORENTIVS IV, Anno 1223.

VIR armis, & militari diſciplina celebris, ac *Friſiis* imprimis gratus in haſtiludio publico à *Claremontenſi* Comite nefarie occiſus eſt Anno 1236.

GVILHELMVS II CÆSAR, ANNO 1236.

ELectus hic in Cæſarem, Curiam *Hollandiæ Hagæ-Comitis* inſtituit; *Aquiſgranum* ope *Friſiorum* domuit; & *Flandros* inſigni prælio vicit: à *Friſiis* vero cæſus occubuit. Anno 1255.

FLO-

FLORENTINVS V, Anno 1255.

VLtor paternæ necis, cruentam à *Friſiis* reportavit palmam; à *Gerardo* autem *Velſeno* ob Stuprum uxori illatum anno 1296. interfectus eſt.

IOANNES, Anno 1296.

HIC ex maſculina *Theodorici* ſeu *Diderici Friſii* Stirpe Comes ultimus, *Occidentalem* ſibi *Friſiam* bello, aſtu, & tranſactione, magna ex parte ſubegit, Anno 1299.

IOANNES II. Anno 1300.

AMitæ defuncti filius, *Hannoniæ* Comes; *Hollandiam* hæreditario jure obtinuit. *Veronam Friſiæ Occidentalis* Metropolim evertit, & *Flandros* in *Selandia* anno 1303. ingenti pugna vicit.

GVILHELMVS III, Anno 1305.

BOni hic cognomen pietate meruit; Collegium Canonicorum *Middelburgi* inſtituit, & cum *Friſiis* pacem fecit, bello illis anno 1309. ſine fructu illato.

GVILHELMVS IV. Anno 1337.

IN *Hiſpaniam* profectus contra *Saracenos* Strenue pugnavit; Redux vero bellum *Friſiis* inferens, prope *Stauriam* cum multis ſuorum millibus cæſus interijt Anno 1345.

MARGARETA, Anno 1345.

DEfuncti Comitis ſoror, ac *Lodovici Bavari* Cæſaris uxor; hæreditatem aggreſſa, bona omnia *Friſiorum* in *Hollandia*, ob cædem fratris, fiſco applicari juſsit, ac inter ea *Murcam* quoque & *Texelam* Inſulas.

GVILHELMVS V, Anno 1351.

BELlo inteſtino cum matre ob Comitatum geſto, in phreneſin incidit: Factioque illa feralis, quam vulgo **Hoex** & **Cabellaux** appellarunt in *Hollandia* exorta eſt.

ALBERTVS, Anno 1379.

Friſios bis pugna vicit & ad *Lavicam* uſque *amnem* anno 1396. ſubegit:

ſubegit: ſed triennio poſt ab ijſdem omni fere Provincia rurſum expulſus eſt.

GVILHELMVS VI, Anno 1404.

HOLlandis in *Stauria* obſeſsis ſuccurrit; & *Friſios* fugavit: ipſi vero urbem anno 1414. occupantes, externum ſibi jugum bello paulatim excuſſerunt.

IACOBA, Anno 1437.

CVM *Joanne* patruo bella ob Comitatum geſsit; quem adhuc viva cognato ſuo *Philippo Burgundiæ* Duci reſignavit: quater nupta ſine liberis obijt anno 1436.

PHILIPPVS BONVS, Anno 1433.

HIC matertera Comitis *Iacobæ* natus; in hæreditatem *Hollandiæ*, *Selandiæ*, & *Friſiæ Occidentalis* (deficiente Stirpe maſculina) ſucceſsit; Ordinemque *Aurei Velleris*, Princeps clariſsimus, inſtituit.

CAROLVS PVGNAX, Anno 1467.

LEodium expugnavit; & evertit: *Eduardum Angliæ* Regem Regno pulſum reſtituit. Cum *Friſiis* de pace egit, ſed apud *Nancium* à *Lotharingis* cæſus occubuit, anno 1477.

MARIA CHARLESIA, Anno 1477.

HÆC cum *Carolo Lodovici Francorum* Regis filio nubere renuiſſet, & recuſaſſet, ab ipſo gravi, & noxio admodum bello annis aliquot vexata eſt.

MAXIMALIANVS AVSTRIACVS, CÆSAR, Anno 1482.

DVcta hic in uxorem *Maria Burgundiæ* Duce, *Francum* Belgio vi expulit; Civitates, Arceſque ibidem amiſſas recuperavit: & *Albertum Saxoniæ* Ducem nomine Imperij *Friſiis* Gubernatorem perpetuum, ſeu Dominum conſtituit.

PHILIPPVS II. AVSTRIACVS: REX HISPANIÆ, Anno 1494.

BELlo *Sycambrico* licet occupatus eſſet; in *Hiſpaniam* tamen profectus eſt, ubi ipſe,& uxor *Ioanna* Reges *Caſtellæ*, *Arragoniæ*, aliorumque Regnorum tanquam legitimi hæredes,anno 1506. inaugurati ſunt.

CAROLVS AVSTRIACVS CÆSAR, Anno 1506.

VIR Auguſta Imperij majeſtate dignus; tranſactione cum *Georgio* Duce *Saxoniæ*, conſenſu Ordinum, facta, *Friſiam* quoque *Tranſrhenanam* ad *Amaſum* uſque cæteris Belgij ſui ditionibus adjecit, &, qua tantum decebat Principem, laude, & æquitate rexit.

PHILIPPVS AVSTRIACVS HISPANIÆ Rex, Anno 1550.

SVB Dominio Monarchiæ huius,*Friſia* annos ſedecem in maxima proſperitate floruit: ſed ob cauſam Religionis anno 1566. tumultuari cæptum eſt; & licet ipſe Dominus *Friſiæ* ab omnibus agnoſceretur; Status tamen Religionis,& Regiminis anno 1580. ubique fere ibidem mutatus eſt; bellumque diuturnum,& grave admodum exortum.

ALBERTVS ET ISABELLA ARCHIDVCES AVSTRIAE, Anno 1599.

PHilippus Rex, *Alberto*, *Maximiliani II.* Cæſaris filio, & *Caroli V.* ex filia nepoti, filiam ſuam *Iſabellam* in uxorem, & *Belgium* in dotem dedit; qui & in *Brabantia*,viciniſque Provincijs anno 1599. ſolemniter inaugurati ſunt. In *Friſia* vero, alijſque Fæderatis circa *Rhenum* Provincijs anno 1605. & ſequenti, *Oldenſaliam*, *Lingam*, *Grollam*, *Bercam*, & loca quædam alia, *Duce Spinola* occuparunt, Illuſtriſsimumque Comitem *Soranum* ad reliqua prudenter quoque exequenda eo miſerunt: anno autem 1607. cæptum eſt agi de pace, & biennio poſt Induciæ duodennales concluſæ ſunt.

BVLLA,

BVLLA, SEV DIPLOMA CAROLI MAGNI ROMANORVM IMPERATORIS.

KAROLVS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS OMNIBVS TAM FVTVRIS, QVAM PRAESENTIBVS SALVTEM ET PACEM IN PERPETVVM. Ne ea quæ aguntur in tempore, ſimul cum tempore labantur, poni ſolent in dictione teſtium, & ſcripturæ teſtimonio perennali. Ea propter, ad oblivionis confuſionem evitandam, univerſorum notitiæ cupimus declarari: Quod dum *Leodingarus* dux *Saxoniæ*, ducatum ſuum jure feudali teneret ab Imperio, nec hoc recognoſcere curaret, & tributum de ſuo ducatu à Cæſare *Auguſto* ſtatutum, quod à prædeceſſoribus ſuis conſuetum fuit ſingulis annis prædeceſſoribus noſtris exhiberi, nobis dare contemneret, & ſe in præjudicium, & gravamen Imperij, pro rege gereret, regemque *Saxoniæ* vocari præciperet: Nos tandem hujuſmodi ſuam ſuperbiam, & injuriam dicto Imperio, & nobis ab ipſo ſæpius illatam diutius ſuſtinere & diſſimulare nolentes, invocato *Friſonum* Orientalium, & Occidentalium auxilio, quos viros ſtrenuos, agiles, & miræ audaciæ, ſicut nobis quibuſdam referentibus iam intelleximus: quibus etiam idem dux multa gravamina inferebat, eo quod eoſdem ſuæ vellet ſubjicere poteſtati, cum tamen ei viriliter reſiſterent defendendo, maximè gaviſi eo, quod auxilium eorum invocare dignabamur, nobis per ſuos ſpoponderunt, &

certos & ſecuros nos reddiderunt, quod parati eſſe deberent in noſtrum venire ſubſidium, & quod ad obtinendum honorem Imperii, & noſtrum ſuam vitam vellent exponere, ſic quod iam dicti *Friſones* ſine moræ diſpendio ſe ad ineundum prælium, contra dictum *Leodingerum* ducem, & ſuos præparaverunt, & termino ſtatuto ad invadendum ipſum & terram ſuam, cum multitudine *Friſonum* ducatum *Saxonia* in manu forti intrantes, viriliter, & crudeliter cum prædicto duce, & ſuo exercitu dimicantes, ipſum & ſuum exercitum deuicerunt: & eum cum melioribus ſui ducatus ceperunt, quos funibus connexos nobis tradiderunt. Qui de hujuſmodi victoria nobis obtenta maximè exultantes, cum gaudio ad propria remeaverunt. Item cum advenæ *Romani* mandatis noſtris obedire contemnerent, & quædam iura in præiudicium Imperii, & gravamen noſtrum ſibi uſurparent, & nos auxilium fidelium imperii ad reſiſtendum eorum iniuriis invocaſſemus, & hoc *Friſones* prædicti intellexiſſent, non vocati à nobis de ſuo libero arbitrio, & voluntate ſpontanea cum multitudine copioſa in ſubſidiũ noſtrum venerunt, & cum exercitu noſtro *Romam* perrexerunt, & cum urbi *Romanæ* appropinquare cœpiſſent, mox ab exercitu noſtro ſe ſeparantes in *Romanos*, qui exercitui noſtro, per ſuam ſuperbiam occurrebant, potenti virtute irruentes, quam pluribus ex utrâque parte interfectis, eoſdem vicerunt, & nobiles *Romanos*, quos ceperant, ſubjugaverunt. Nos itaque conſideratâ eorum probitate, & audacia, attendentes etiam fidele obſequium quod nobis & imperio exhibuerunt, de conſueta Regiæ Majeſtatis benignitate ipſis gratiam volentes facere ſpecialem & de conſilio noſtrorum fidelium, & accedente conſenſu principum Imperii, tributum à Cæſare *Auguſto* ſtatutum, videlicet

delicet triginta libras auri, quas nobis & prædeceſſoribus noſtris exhibere conſueverant, remiſimus: ita quod neque nos, neq; ſucceſſores noſtri illud ab ipſis, vel eorum hæredibus de cætero requiremus, vel aliquas exactiones in ipſos faciemus. Præterea auctoritate regia indulſimus iiſdem, ut cum omni prole ſua nata, vel naſcitura in perpetuum liberi permaneant, & à ſervitute proprietaria penitus abſoluti. Statuimus etiam, ut uſualiter eligant conſules quotquot ſibi viderint expedire, qui in cauſis ſecularibus, de quibus ipſis quæſtio inita fuerit, judices ipſorum exiſtant. Et Statuimus, ut iidem conſules ſingulis annis ſecundum conſuetudinem *Romanam*, eligant perſonam Idoneam, & diſcretam, ſub cujus dominio, regimine & poteſtate *Friſia* tota ſit conſtituta, & ſubiecta: cui in omnibus, & per omnia tanquam ſuo domino infra terminum ſibi ab ipſis deputatum teneantur obedire: Quæ perſona *Poteſtas Friſiæ* debet appellari. Item ſtatuimus ut, ſi quis ex ipſis ſubſtantiam habens militarem, & militare voluerit, dictus poteſtas ſibi gladium ſuum circumcingat, & dato eidem, ſicut conſuetudinis eſt, manu ſua colapho, ſic militem faciat eidem firmiter iniungendo, ut deinceps more militum Regni *Franciæ* armatus incedat: Eo quod conſideramus, ſi prædicti *Friſones* militaverint ſecundum ſtaturam corporum, & formam præcipuè à Deo, & natura ipſis datam, cunctos in orbe terrarum milites ſua fortitudine & audacia, dummodo ut prædictum eſt ſint armati, præcellent, & prævalebunt. Qui ſcutum ſuæ militiæ à dicto Poteſtate recipere debent, in quo corona Imperialis in ſignum libertatis à nobis conceſſæ debet eſſe depicta. Et ſtatuimus ut *Friſones* militare volentes ſint uſq; ad ſummitatem aurium circumciſi ſi facere voluerint, ut per hoc etiam ſuam valeant oſtendere liber-

tatem ipſis, ut dictum eſt, à nobis collatum.

Quod ſi quis hanc eorum libertatem aliquo auſu temerario infringere voluerit, vel violare præſumpſerit, ſecundum ſententiam, quam annuentibus principibus Imperij tulimus, tam ipſi quam ſui coadjutores ſint proſcripti, & à conſortio fidelium Imperij excluſi. Et ſtatuimus auctoritate regia eoſdem, tanquam proſcriptos, & adverſarios Imperij ab omnibus evitari. Et ſi quis ijſdem ad præliandum contra dictos *Friſones* aſtiterit, vel adjutorium præſtiterit, eandem pænam, & offenſam Imperij ſe noverit incurriſſe. Et auctoritate pręmiſſa ſtatuimus quod ſi ijſdem aliquo caſu contingente in ipſorum vita, vel bonis aliquod damnum à dictis *Friſonibus* vel aliquo alio fuerit illatum, nec ſucceſſores noſtri vel alij Iudices ſæculares, ad alicujus inſtantiam ex hoc ijſdem aliquam exhibeant juſtitiam, cum potius tanquam proſcripti Imperij ſint ſeverius puniendi. Quam ſententiam, ſic ut dictum eſt, à nobis latam auctoritate prædicta præcipimus, & ſtatuimus ratam haberi, firmam, & ſtabilem in perpetuum obſervari, & tenore præſentum proteſtamur à ſanctiſſimo noſtro Papa obtinuiſſe. Quod ſi prædicti *Friſones* de hujuſmodi gravamine ipſis à præfatis malefactoribus illato querimoniam depoſuerint, tam ipſe dominus Papa prædictus, quam ſui ſucceſſores, oſtenſo ipſis ſuæ libertatis privilegio pręſenti eoſdem excommunicabunt, & denunciari facient excommunicatos: & nihilominus terram eorum, ſpecialiter illorum, qui habuerint ſeculares dignitates, ponent ſub interdicto. Quæ ſententia excommunicationis, & interdicti nullatenus relaxari poterit niſi per mandatum ſummi pontificis ſpeciale. Et ut hoc Laudabile factum noſtrum robur in perpetuum obtineat firmitatis, nec à nobis, nec à ſucceſſoribus noſtris, ſeu à quo-

quam

quam aliquatenus infriugi poſſit vel in dubium revocari: & ut etiam dicti *Friſones* nobis dilecti libertate tali in perpetuum poſsint gaudere præſentem paginam exinde conſcribi & Bullæ noſtræ aure munimine fecimus roborari. Hujus igitur facti laudabiles teſtes ſunt, *Wenceslaus* Rex *Bohemiæ*, *Warnandus* Dux *Bavariæ*, *Lipoldus* Dux *Moravenſis*, *Henricus* Dux *Auſtriæ*, *Otto* Dux *Sueviæ*, *Conradus Marcgravius Meyſonenſis*, *Harboldus Landtgravius Thuringiæ*, alijque Principes, & viri honeſti complures. Actum,& Datum *Romæ* in *Lateranenſi* Palatio, Anno Dominicæ incarnationis octingenteſimo ſecundo, indictione ſexta, Regni noſtri ſecundo.

DIPLOMA VVIL.

HELMI CÆSARIS.

WILhelmus Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper *Auguſtus*, univerſis,& ſingulis per *Friſiam* conſtitutis fidelibus ſuis, gratiam ſuam,& omne bonum Vt cognoſcat generatio *Friſonum* univerſa, ac filij qui naſcentur ex ijs exurgant; nota facere filijs eorundem, quibus ſubſidijs per patres eorum *Romana* Eccleſia & Imperium fuerit ſublevata, quibus virtutibus eorum ſtrenuitas ſemper fuerit illuſtrata, qua ſtrenuitate etiam eorum devotio Eccleſiam & Imperium Crucis exaltavit, deſiderato triumpho, obſidio teſtatur *Aquenſis*. Ac nos ut ipſi & eorum poſteri habeant ex hoc delectationis memoriale, & memoriæ delectantis perhenne regiſtrum, Scriptis Celſitudinis noſtræ eorum meritis tanto gratantius proteſtamur, quanto ad honorem altiſſimi ac ſublimationem

mationem fidei, ad defenſionem Eccleſiæ ſanctæ Dei, & exaltationem Imperij armati, Crucis triumphantes vexillo, venerunt ferventius ad pugnandum. Cum igitur à ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini prædicetur, & in *Friſia* magnum, & laudabilius cenſeatur; dignum eſt, ut qui perfecit laudem ex incolis inſularum, ut inimicum deſtrueret, & ultorem, honoretur in ipſis, qui nos (propter eum, qui non gravatus eſt, tollere Crucem devotione fervida) ſtrenuis auxilijs honorarunt. Noverit igitur tam præſentium ætas, quam poſteritas futurorum, quod nos penſatis meritis *Friſonum* omnia jura, libertates, & privilegia conceſſa *Friſonibus* univerſis à *Carolo Magno* Imperatore, anteceſſore noſtro piæ memoriæ, liberaliter innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio perpetuo confirmamus. Datum *Aquiſgrani* in Curia noſtra magna, tertio Nonarum Decembr. anno Domini M. CC. XLVIII. Indictione ſexta, Anno vero Regni noſtri primo, per manum *Ebri* Præpoſiti noſtri Notarij, ſub Sigill. Domini *Wilhelmi* glorioſiſſimi, Regis *Romanorum* illuſtriſſimi.

DIPLOMA SIGIS-

MVNDI CÆSARIS.

IN nomine ſanctæ, & individuæ trinitatis fæliciter, Amen. *Sigiſmundus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper *Auguſtus*, & *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Rex. Ad perpetuam rei memoriam, notum facimus tenore præſentium univerſis. Etſi manſuetudo regalis faſtigij cunctis ſuæ ditioni ſubjectis, quibus largitore omnium diſponente

ponente noſcitur dominari, ad procuranda commoda, & gratias concedendas videatur obnoxia; advertens utiliter ſuis applicari theſauris, quod ad ſubditorum vota liberaliter erogatur. Illos tamen attentius conſuetæ benignitatis favore proſequitur, & ſpecialibus donis gratiarum magnificat, quos approbatæ fidelitatis conſtantia, & actuum experimentalis oſtentio, claris virtutum indicijs clarius recommendat, ut ſic ad continuanda fidelitatis obſequia tanto valeant fortius animari, quanto ſe à regali celſitudine uberioribus gratijs agnoverint inſigniri, & proinde reſumptis viribus ſub gratioſo Principe non immerito gaudeant militare. Sane honorandorum nobis dilectorum univerſorum incolarum, & inhabitantium, tam *Orientalis*, quam *Occidentalis Friſiæ*, **die vrye Vrieſen**/ vulgariter nuncupatorum noſtrorum, & Imperij ſacri fidelium, noſtræ maieſtati nuper oblata petitio continebat. Quatenus ipſis, & ſingulis terris, & diſtrictibus *Phriſiæ* gratias, libertates, immunitates, *Francheſias*, jura, privilegia, & literas ipſis à recolendæ memorię divis prædeceſſoribus noſtris, tam Imperatoribus, quam Regibus *Romanorum* dudum indultas, atque datas, nec non eorum iura municipalia, laudabileſque conſuetudines, & obſervantias innovare, approbare, ratificare, & confirmare, ac infraſcriptas gratias de novo concedere, de Regali noſtra clementia dignaremur. Nos igitur prædictorum incolarum, & inhabitantium magnę devotionis conſtantia, & ſingularis fidei puritate, quas ipſorum progenitores, ac ipſi ad nos, & Imperium habuiſſe, & habere noſcuntur diligenter inſpectis, eorum vota libenter admittimus, & porrectas nobis ſupplicationes gratioſius exaudimus, animo deliberato, maturoque Principum, Comitum, nobilium, & fidelium noſtrorum accedente conſilio, ipſis

lio, ipſis ac terris, & diſtrictibus ſupradictis univerſas, & ſingulas gratias, immunitates, libertates, *Franchesias*, jura, Privilegia, & literas, quas & quæ à ſupradictis noſtris in Imperio prædeceſſoribus, *Romanorum* Imperatoribus, & Regibus obtinuiſſe noſcuntur, nec non eorum iura, municipalia, laudabileſque conſuetudines, & obſervantias innovavimus, approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus: innovamus, approbamus, ac ratificamus auctoriteque *Romana*, Regia, & ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium, confirmamus. Et ut erga præfatos incolas, & inhabitantes Regalis Celſitudo clarius eluceat, Ipſos omnes & ſingulos una cum ipſorum uxoribus, pueris, & familia ac utriuſque ſexus perſonis, & bonis ſingulis, nec non omnes, & ſingulas terras, & diſtrictus *Orientalis*, & *Occidentalis Phriſiæ* violenter, iniuſtè ac temere abſtractos & abſtractas, alienatos & alienatas, ad nos & imperium prædictum, authoritate & ſcientia prædictio revocavimus, & præſentibus revocamus, ac ipſos, ipſas, & ipſa in noſtram & Imperij Sacri protectionem, tuitionem, & Salvagardiam recepimus, et harum vigore recepimus ſpecialem, volentes, decernentes, ac præſenti perpetuo valituro ſancientes edicto. Quod præfatæ *Phriſiorum* terræ, & diſtrictus, ac univerſæ incolæ, & inhabitantes ipſorum præſentes & futuri, mares & fæminæ, juvenes & adulti, ex nunc, & in antea omnibus iuribus, & honoribus libertatibus, gratijs, & conſuetudinibus, quibus hactenus freti ſunt, & quibus cæteri fideles, & zelatores Imperi fruuntur & utuntur, perpetuis in antea temporibus gaudere debeant, & potiri.

Et quod duntaxat ad nos atque noſtros in Imperio ſucceſſores, *Romanorum* Imperatores, & Reges, & nullum alium reſpectum habere, nec deinceps in parte, vel

in toto

in toto per nos, vel Succeſſores huiuſmodi ab ipſo *Romano* Imperio dividi, ſcindi, abſtrahi, vendi, dari, impignorari, ſeu aliquatenus alienari debeant ſive poſſint. Quod & ſingulæ diviſiones, abſtractiones, donationes, venditiones, impignorationes, & alienationes prædictarum terrarum in parte vel in toto, temere, iniuſte, ſeu violenter per quoſcunque, quovis ingenio, colore, ſeu modo quæſitis, factæ, nullam habeant & obtineant roboris firmitatem. Et nihilominus ad abundantioris cautelæ præſidium, & ut præfatis *Phriſonibus* ſecurius caveatur de *Romana* Regiæ poteſtatis plenitudine, ac de certa noſtra ſcientia, declaramus, quod omnes & ſingulæ diviſiones, ſciſſuræ, abſtractiones, venditiones, donationes, impignorationes, & alienationes præmiſſę, nec non promiſſiones, iuramenta, & literæ per præfatos incolas & inhabitantes, eorumque prædeceſſores deſuper factæ, datæ, ac præſtitæ, ſeu præſtita, ac etiam quæcunque ligæ, & colligantiæ, ſeu fædera inter, & per eos conceptæ, iuratæ ſeu firmatæ quovis modo, ac quævis inde ſecuta, & ab eis dependentia, emergentia, & connexa, nullius ſint, & eſſe debeant roboris vel momenti. Nam eas, cum de facto proceſſerunt, & de iure non ſubſiſtant, de plenitudine & ſcientia prædictis, revocamus, caſſamus, irritamus, ac virtute præſentium penitus annulamus, reſtituentes præfatos *Phriſones*, atque terras antedictas coniunctim & diviſim in integrum, & in libertates ipſis debitas atque præſtitas, nec non iura, hæreditates, honores, bona, ac laudabiles conſuetudines, quibus freti ſunt antequam prædictæ alienationes, diviſiones, abſtractiones fierent, & ſciſſuræ. Præterea dictorum incolarum, & inhabitantium noſtrorum fidelium defectibus, damnis, & preſſuris, quibus iam plurimis annis, per vicinos graviter ſunt afflicti, & ab Impe-

 rio tra-

rio tracti, diviſique cupientes occurrere : ad hoc, ut deinceps affectuoſius nos, & Imperium honorare ac diligere, & ſub noſtri & Imperij poteſtatis umbraculo conſolatorie poſſint, & debeant reſpirare, volumus, & hoc edicto perpetuo valituro ſtatuimus; diſponimus & prædictis auctoritate, & ſcientia ordinamus. Quod ijdem incolæ, & inhabitantes nullo unquam futuro tempore ad ſerviendum nobis, vel ſucceſſoribus noſtris antedictis extra terras præfatas, ac eorum fines, ſive limites, nec non ad dandum, vel ſolvendum, pro quibuſcunque cauſis, negotijs, impoſitionibus, petitionibus, ſeu alijs quibuſcunque vijs ſive modis excogitatis, aut excogitandis aliquas ſteuras precarias, ſubſidia, ſive alias quaſcunque impoſitiones ſeu petitiones, præter infraſcriptum tributum, aliquatenus ſint aſtricti, his niſi caſibus forſitan requirentibus, quod aliquis ſive aliqui ex præfatis incolis, ſeu inhabitantibus rebellionis ſpiritu ſeducti nobis, aut noſtris in Imperio ſucceſſoribus ſe (quod abſit) opponere, vel inobedientes eſſe præſumerent, extunc cæteri incolæ, inhabitanteſque prædicti, tota ipſorum potentia nobis, & eiſdem ſucceſſoribus aſtare, et iuxta *Phriſonica* eorum iura ſervire debebunt, et tenebuntur, donec huiuſmodi oppoſitores inobedienteſque, depoſitis rebellionis ſpiritibus, ad noſtram et Imperij veram obedientiam reducantur, ac Imperialem ſive Regalem clementiam meruerint humiliter obtinere. Quod nos vel ſucceſſores noſtros antedictos pro dictarum terrarum, ſive diſtrictuum conſervatione utilitateque tantos labores, ac tantas expenſas ſufferre contingeret, quod incolæ, et inhabitantes prædicti, propria, ſpontanea, atque libera ipſorum voluntate, nobis vel ijſdem ſucceſſoribus noſtris in recompenſam laborum, et expenſarum huiuſmodi aliquid facere velint, et liberaliter donare. Et

nare. Et quia iuſtum, & æquum arbitramur exiſtere, conſuetudinum iuriumque municipalium rigores, diſpenſatione provida clementique ſic moderare, quod delinquentium progenitorum, ſive conſanguineorum pæna in innocentes non tranſeat: Idcirco volumus, & præfatis incolis inhabitantibuſque concedimus, & expreſſe largimur, ne delictum, aut delicta ſingularis, aut ſingularium perſonarum in generale damnum progenitorum, conſanguineorum, ſeu amicorum, ſeu alterius cuiuſcunque innocentis hominis propter delinquentes debeat retorqueri, ſed quod ille, vel illi ſoli, qui delictum vel delicta perpetrant, iudicentur, & pro delictis huiuſmodi, ſecundum *Phriſonica* iura, conſuetudine ſua realiter, ac perſonaliter puniantur. Denique ut memoratis incolis, & inhabitantibus in eorum deſideriis noſtræ liberalitatis beneficia gratioſius oſtendamus ipſis ſpecialem hanc gratiam pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris antedictis duximus faciendam, quod ipſos, præfataſque terras, & diſtrictus cum eorum pertinentiis coniunctim vel diviſim, nec non infraſcriptum tributum nunquam alicui, vel aliquibus obligabimus, impignorabimus, dabimus, aut ab Imperio alienabimus quoquo modo. Quodque eiſdem incolis, & inhabitantibus aliquem principem ſpiritualem vel ſæcularem Comitem, Baronem, nobilem, militem, militarem civem, vel plebeium, aut aliquam aliam perſonam cuiuſcunque conditionis exiſtat, quocunque caſu emergente in gubernatorem, ſive Rectorem conſtituemus, aut præfatis terris, & diſtrictibus præficiemus. Sed quod per eorum Gryetmannos, Iudices, & Officiales iuxta ipſorum conſuetudines, & ritus hactenus ſervatos regantur, plenam ipſis tribuimus facultatem. Cæterum quia regalis noſtra maieſtas ex certa ſcientia, & cum deli-

 beratione

beratione, conſenſu, & conſilio noſtrorum, & Sacri *Romani* Imperii Principium tam Spiritualium quam ſęcularium, Comitum, Baronum, Procerum,nobilium, & fidelium iuſtiſſimis cauſis intervenientibus, & præſertim pro tuendis & conſervandis iuribus eiuſdem Imperii in ſupradictis terris, & diſtrictibus, ipſos & ipſas cum eorum pertinentiis, incolis, & inhabitantibus utriuſque ſexus,ad nos & Imperium revocavit, ac in ſuam ac Imperii protectionem *S*alvagardiam recepit, præſcriptiſque iuribus & libertatibus ut præmittitur inſignivit· Et quia dignum,æquum, & rationi conſonum eſſe maieſtas eadem noſtra cenſuit, ut prædicti incolæ inhabitanteſque prædictum Imperium, cuius utique pars imo membrum nobile & eximium ſunt, ac etiam nos,ſucceſſoreſq; noſtros antedictos,tanquam ipſorum veros naturales,& ordinarios Dominos, aliquo ſaltem perpetuæ venerationis veræ recognitionis, ac debito ſubiectionis ſigno honorare ac recognoſcere debeant,ac in antea ſint aſtricti. Idcirco decernimus, ſancimus, & prædictis authoritate, & ſcientia ſtatuimus per præſentes has literas, quod de quolibet in præfatis terris, & diſtrictibus foco, qui ſpecialem ſuam menſam, & familiam habet unus duntaxat groſſus imperialis de his videlicet, quos per Imperialem magiſtrum monetę in *Leovordia* cudendos,& viginti pro dimidio nobilione,ac ſedecim pro floreno *Rhenenſi* dandos, aliis noſtræ maieſtatis literis decrevimus in feſto aſcenſionis Domini noſtri *Ieſu Chriſti* pro Imperiali tributo annis ſingulis perſolvatur. Et quod *Gryetmanni* dictarum terrarum,& diſtrictuum pro tempore exiſtentes quilibet in officio ſuo tributum huiuſmodi annuatim exigere, & ſub iuramento honoriſque ſui perditione colligere, & ſic collectum in *Leovardiam* portare, ac illi vel illis, cui nos ſive prædicti ſucceſſores noſtri ſub noſtræ maieſtatis literis huiuſmodi tributum,

tributum, parte, ſeu nomine noſtro, ac Imperialis Cameræ levandū, et recipiendum, ac ipſis quitantias noſtras deſuper præſentandum commiſerimus, abſq; omni retinentia dare, et aſſignare teneantur, et debeât penitus et in toto: dotibus tamen, et habitationibus plebanorum ſive curatorum, in quibus actualem, et perſonalem reſidentiam faciunt, duntaxat exceptis. Nec aliud præterquam tributum huiuſmodi, ac prænominatam monetam, nec non ſervitia prælibata teloniumque in *Stauria*, & aliis *Phriſiæ* portibus, quod iuxta tenorem alterius literæ maieſtatis noſtræ deſuper datæ recipi ſtatuimus in omnibus, et ſingulis terris, et diſtrictibus ante dictis, ac eorum pertinentiis et attinentiis pro nobis, et Imperio duximus reſervandum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ innovationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, protectionis, tuitionis, et Salvagardiæ receptionis, decreti, edicti, ſtatuti, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, ordinationis, diſpoſitionis, voluntatis, gratiæ, reſtitutionis, conceſſionis, largitionis, ac reſervationis paginam infringere, aut ei auſu quovis temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, et Imperii Sacri graviſſimam, ac pænam quingentarum marcarum auri puriſſimi, quas ab eo qui contravenire præſumpſerit irremiſſibiliter exigi, et earum medietatem Imperialis ſiue Regalis Cameræ Fiſco, reſiduam vero partem iniuriam paſſorum uſibus applicari decernimus et volumus, eo ipſo ſe noverit incurſurum, præſentium, ſub noſtræ Maieſtatis Sigillo, teſtimonio, literarum. Datum *Conſtantiæ* Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, ultima die Septembris. Regnorum noſtrorum *Hungariæ*, etc. Anno triceſimo primo, *Romanorum* vero octavo.

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLAE FREDERICI TERTII ROMANORVM IMPERATORIS, AD ORDINES ET INCOLAS FRISIAE.

FREDERICVS divina favente clementia *Romanorum* Imperator ſemper *Auguſtus*, ac *Auſtriæ*, *Stiriæ*, *Karinthiæ*, & *Carniolæ* Dux Comeſque *Tyrolis*, &c. Honorabilibus Prælatis, Nobilibus, nec non Capitaneis, & communitatibus, ſinguliſque incolis, & inhabitatoribus terrarum noſtrarum *Friſiæ* noſtris & Imperii ſacri devotis atque fidelibus ſincerè dilectis: Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum: Honorabiles, devoti, ac fideles ſincerè nobis dilecti, relatione quorundam accepimus, quod nonnulli homines proprio eorum auſu præſumant gentes, & terras *Friſiæ* nobis & ſacro *Romano* Imperio immediatè ſubiectas à noſtra Imperiali ditione ſuis potentatui, & dominio ſubigere, nec non aliis variis modis gravare in noſtram, & dicti Imperii, noſtrorumque & illius iurium, dominiorum, tributorum, & proventuum diminutionem, ac iacturam non modicam. Cum autem inter cætera, quæ humeris noſtris ſuſcerimus ad hoc præcipuam habeamus curam, qualiter ſacro *Romano* Imperio, ac Reipublicæ in neceſſitatibus prodeſſe, dictumque Imperium in iuribus, honoribus, eſſe, & ſtatu ipſius, quemadmodum nobis, tanquam *Romanorum* Imperatori incumbit, conſervare valeamus. Idcirco vobis omnibus, & ſingulis auctoritate noſtra *Romana* Cæſarea committimus, ac

mus, ac tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, ut ſi quiſquam hominum cuiuſcunque ſtatus gradus, aut conditionis exiſtat altus, vel humilis quavis ſua temeritate gentes, & terras *Friſiæ* nobis, & ſacro Romano Imperio immediatè ſubiectas, atque debitas à noſtro, & ipſius Imperii Iuriſdictione, ac dominio alienando ſuis ditione, & potentatui attrahere, vel alias qualitercunque iurium, tributorum, ac dominiorum ſacri Romani Imperii, & eius obedientiæ diminutionem gravare præſumpſerit, quod vel ad hoc minimè conſentientes vos una cum eiſdem gentibus, & terris contra eoſdem in noſtra, & dicti Imperii fideli obedientia more progenitorum veſtrorum indiviſos pro viribus conſervetis, invaſoribus huiuſmodi pro veſtra poſſibilitate diligentius reſiſtendo, prout nobis, & dicto Imperio tenemini. Et ſicut noſtram, & ſæpèdicti Imperii indignationem ultionem imo bannum volueritis arctius evitare. Datum caſtro noſtro *Ertenburg* Ducatus noſtri *Karinthiæ* decima die menſis Auguſti Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Regni noſtri decimo octavo, Imperii vero quinto.

EXEMPLAR EPISTOLAE FREDERICI TERTII ROMANORVM IMPERATORIS, AD PHILIPPVM BVRGVNDIAE DVCEM, PRO LIBERTATE FRISIORVM.

FREDERICVS divina favente clementia *Romanorum* Imperator ſemper *Auguſtus*, ac *Auſtriæ, Stiriæ*, &c. Dux, Illuſtri *Philippo* Duci *Burgundiæ* principi, & conſanguineo cariſſimo Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum. Illuſtris princeps conſanguinee noſter cariſſime, pro parte Prælatorum, Nobilium, ac Capitaneorum, & communitatum, ſingulorumque incolarum, & inhabitatorum terrarum noſtrarum *Friſiæ* noſtrorum, & Imperii ſacri devotorum, atque fidelium dilectorum nobis expoſitum eſt cum querela, qualiter dilectio tua preter iuſtitiam, & de facto eos, & terras *Friſiæ* nobis, & dicto imperio immediatè ſubiectos, ac pertinentes tuis ditioni, & dominio attrahere, & ſubjicere, nec non aliis variis modis gravare coneris in ipſorum jurium, privilegiorum, & libertatem ipſis à Divis *Romanorum* Imperatoribus, & Regibus prædeceſſoribus noſtris conceſſarum enervationem, atque detrimentum non modicum, fuitq; propterea nobis humiliter ſupplicatum, quatenus ipſis ſuper præmiſſis remedio providere dignaremus oportuno. Nos

no. Nos igitur quemvis in ſuo iure, prout tenemur confovere volentes dilectioni tuę auctoritate noſtra Romana Cæſarea diſtrictè præcipiendo mandamus, ne de cætero Prælatos, Nobiles ac Capitaneos, communitates, ſingulosque incolas, & inhabitatores prętactos huiuſmodi gravaminibus moleſtes, aut perturbes, ſed potius gratiis, libertatibus, & privilegiis ſuis, ut pręfertur eis conceſſis pacificè uti, atque gaudere permittas, quum parati ſumus, ſi ius aliquod, aut actionem quamcunque in eos quoquo modo habere prætendis, dum deſuper requiſiti fuerimus partibus hinc inde vocatis, deſuper pro modo debiti adminiſtrare iuſtitiæ complementum, ſecus non facturus ſub noſtræ imperialis gratiæ obtentu. Datum in caſtro noſtro *Ertemburg* ducatus noſtri *Karinthiæ* decimo die menſis Auguſti Anno MCCC. quinquageſimo ſeptimo Regni noſtri decimo octavo, Imperii vero quinto.

DIPLOMA MAXIMILIANI PRIMI ROMANORUM IMPERATORIS.

MAXIMILIANVS Dei gratia *Romanorum* Rex, &c. Quamquam Comites, Antiſtes, Nobiles, Oppida, Pagi, omneſque adeò, qui terram *Friſiam* inhabitant ſoli Imperatori, imperioque parentes à *Magno Carolo* ob inſignia in ipſum, ac Rempublicam merita præter cætera egregiè, & præclara hoc quoque iure donati ſint, quotannis ut per ſenatum ſuum exemplo Romanæ civitatis unum aliquem deſignent virum gerendæ Reipublicæ idoneum, cuius imperio annuo omnes pareant,

reant, eumque POTESTATEM appellent, quemadmodum eſt in Diplomate ipſius *Caroli*, à nobis etiam nuper confirmato, tamen ipſi hi eo iure, & more aliquandiu iam uſi non ſunt, eiuſque neglectu collapſa pace, ac iudiciis in factiones diſtracti, atque hinc in ſeditiones, tumultus, bella inteſtina verſi eo rem adduxerunt, ut niſi provideatur maturè, pernicies extrema huius ipſius regionis, & maxima Germanicæ Reipublicæ mala ex hoc fonte videatur ſecutura. Ea propter nos, qui præſidemus Imperio, & *Auguſti* titulum præferimus, ex officio noſtro, ut mala huiuſmodi à patria avertamus, deliberata cum Principibus noſtris re, qui in his comitiis frequenter nobis adfuere, perſpectoque eorundem conſenſu *Albertum Saxonem* cognatum noſtrum pręclarè de parente noſtro, & nobis ipſis, noſtroque filio *Philippo Burgundiæ* Duce, totaque imo *Germania*, communi patria pace belloque merito, Gubernatorum *Friſiæ* cum nomine POTESTATIS damus, *Friſiæ* Ordines omnes ante expreſſos nominatim partes has *Oſtergoam*, *Weſtergoam*, *Seven Woldios*, ditionem *Groninganam*, *Ditmarſos* littorales, *Worſtenſes*, *Stelling Wervios* comprehendimus, omneque hoc ius ad hæredes *Alberti*, & poſteros eius extendimus. Eidem literas mandati ad populum *Friſium* hâc de re iam dedimus, & dabimus deinceps, cum erit neceſſarium; atq; hoc facimus ex plenitudine poteſtatis noſtræ; volumuſque ut ille nomine noſtro, & Reipublicæ *Germanicæ* Gubernator *Friſiæ* audiat, provinciam occupet, Imperium uſurpet, in fidem ſuam per iuſiurandum ſolenne omnes adigat, populus verò ſic iuret, omnes ſe, & ſingulos nobis, & ſucceſſoribus legitimè deſignatis, & noſtro nomine *Alberto*, ac hæredibus eius fideles futuros, officiumque bonorum, & obſequentium ſubditorum diligenter facturos, annuum

tributum

tributum ſoluturos, omniaque præſtituros cætera, quæ reliquo imperio Germanico ſubiecti præſtant, quæque ipſi more maiorum præſtare tenentur. Itaque *Albertus* decreto hoc fretus regionem eam univerſam occupato, omneſque eius partes, inſulas, comitatus, arces, oppida, fora, vicos, homineſque eandem habitantes Comites, antiſtites, nobiles, ignobiles, ditiones, iuriſdictiones, edicta, interdicta, mulctas, mandata, tributa, vectigalia, monetæ feriundæ ius, Eccleſiaſtica & politica beneficia, reditus, cenſus, aquas, aquæductus, littora, portus, clauſtra, molendina, ſaltus, paſcua, ſylvas, ſepes, feras, ferarum venationes, piſcationes, & cætera omnia ſimilia Principum regalia, magiſtratus, iura terra marique in poteſtate teneto, poſſideto, regito, utitor, fruitor, nova in commodum ſuum ex æquo & bono inſtituto, eo modo, quo nobis ipſis hæc omnia facere, tenere, inſtituere, uti frui ius eſt: populo omni ius diciro, aut dici curato, ſtatuta, mores, leges, conſervato, ſancito, rogato, abrogato, inſtituito, prohibito, pœnarumque mulctarumque dominus eſto. Et contra hæc ſi quis indigena, incola, peregrinus ſe conatus fuerit opponere, aut quoquo modo impedimento eſſe decreto huic, ſi quis conſpicare præſumpſerit, hunc vi aut legibus ut rei commodum, coërceto, atque ita in obſequio populum totum teneto, imò ſi neceſſitas popoſcerit, auxilium à nobis petito, accipitoque, ne quid iſthinc nobis, & imperio Germanico detrimenti eveniat: in expeditionibus huiuſmodi vexillo publico imperii utitor, & ipſe, & hæredes eius, omniaque facito, quæ ad provinciam illam in fide, & obſequio ſuo, noſtroque continendam, & ad conſervanda iura eius pertinere videbuntur, quæque nos ipſos facere ratio, & ius poſcerent: Eaque omnia facta eius hæredumque rata ſine controverſia ſunto, ſalvo

tamen

tamen iure appellandi nos, & Cameram iudiciariam noſtram in cauſis civilibus. Similiter *Albertus* idem, & hæredes ipſius huius provinciæ ergo nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidem, obſequiumque præſtanto, noſtra commoda cum ſtudio promovento, incommoda avertunto pro nobis, & imperio ſacro Gubernationem tenentes *Friſiam* omni opera, & fide tuentor, nobiſque & imperio eidem, uti ſubditos decet, ſerviunto ſine dolo. In his vero omnibus expreſse hanc legem *Alberto* diximus, ac dicimus, ut quocunque omninò tempore à nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Imperatoribus, imperiive Ordinibus, quinetiam accedente Principum electorum conſenſu à filio noſtro *Philippo Burgundiæ* Principe, *Hollandiæ* Comite, hæredibuſve eius reſtituti fuerint illi, aut hæredibus illius centum M. aureorum Rhen. ſolutique omnes ſumptus in arces, munitiones alias, operaque cætera Reipublicę cauſâ inſtituta factos, cedant viciſſim, reſtituentique tradant univerſam Provinciam cum omni iure annexo abſq; tergiverſatione, nec quicquam in ea curent, agantque amplius. Quod ſi in computandis, æſtimandiſque ſumptibus aliquid controverſiæ extiterit eo tempore, id cognitioni, ac ſententiæ noſtræ, & Principum Electorum, aut partis eorum maioris definiendum permittetur. Atque hæc omnia probare ſe, & rata habiturum *Albertus* pro ſe, & poſteris ſuis teſtatus eſt, ac voce, ſcriptoque ſanctè promiſit. Nos etiam promittimus reciprocè nihil nos, aut ſucceſſores noſtros mandaturos, publicaturoſve, quod quoquo modo his omnibus, aut horum parti impedimento eſſe poſſit; Et ſi quid huiuſmodi fortè quâ arte, quâ ratione, aut memoriæ noſtræ lapſu à quoquam confici, extorquerive contigerit, hoc *Alberto*, hæredibuſve eius damno fraudique non futurum, nec vim ullam habiturum

biturum promittimus, vanumque, & irritum eſſe iubemus ſine dolo malo. Decreta hæc probataque à Senatu univerſo Electorum, in eiuſque rei fidem eiuſdem literæ hoc teſtantes *Alberto* datæ. Poſtremò teſtamur cuncta hæc ſic accipi nos velle, ne quid derogatum iuri Comitum *Hollandiæ*, quod hi in *Friſiam* habere ſe putant, hac ſanctione intelligatur. Signatum *Friburgi Briſgoiæ* die xx. Iulii. Anno poſt natum *Chriſtum* M. CCCC. XCVIII.

EXEMPLAR EPISTOLÆ OLIVERII SCHOLASTICI COLONIENSIS AD PRÆLATOS ET CONSVLES PHRISIAE.

DIlectis in *Chriſto* amicis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Plebanis, Conſulibus *Friſiæ*. Servus emptitius crucis *Oliverius* dictus Scholaſticus *Colonienſis*, pacem amare, terram pacificare, & ad portum æternæ ſalutis anhelare. Triumphator in *Iſrael*, à quo datum omne optimum, & omne donum perfectum, Gentem veſtram devotam, & in laboribus peregrinationis perſeverantem magnificavit ſuper terram, quadrigam ipſius componens, in qua præmium æternum promeruerunt, & famam temporalem, quam perdere non poſſunt, ſi in cepto itinere perſeveraverint uſque in finem. Apud *Damiatam* ſiquidem humilitatem magnam oſtenderunt, largitatem, obedientiam, & audaciam, *Saracenis* formidoloſi, *Chriſtianis* chari. Vnde vos Prælatos Eccleſiarum hortamur, & obſecramus in *Chriſto*, quatenus, ſicut ex ſtatuto *Lateranenſis* Concilii teneamini, iniuriatores

riatores eorum, qui apud *Damiatam* ſunt,& fuerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, quam Patriarcha publicè protulit, & nos contra malefactores peregrinorum, raptores,& fures,& alios,fraudatores eleemoſynarum promulgavimus, non negligatis. Et vos Conſules terræ Prælatis veſtris in hac re non contradicatis, ſed denunciatos vobis iniuriatores cautius evitetis. Nam peregrinos quos *Deus* exaltavit, homines honorare tenentur. Scriptum apud *Damiatam* in Exaltatione ſanctæ Crucis.

EXEMPLAR EPISTOLÆ PATRIARCHÆ HIEROlymitani, qua *Phriſiis* copia datur redeundi ad ſua, atque bonum ipſis perhibetur teſtimonium.

A Divina permiſſione dictus Patriarcha *Hieroſolymitanus*, dilectis in *Chriſto* fratribus in *Clarocampo*, & in Horto beatæ *Mariæ*, & in *Dockum* Abbatibus, ſalutem in domino,& dilectionem. Latores præſentium, *Romanum*, *Decianum*,& Magiſtrum, Inſuper, & cæteros Cruce ſignatos de *Ooſtergoe*, qui antequam venirent in terram *Hieroſolymitanam*, & poſtquam nobiſcum intraverunt *Aegyptum*, multas difficultates paſſi ſunt in laboribus,& expenſis. Dimiſimus licentiatos,& abſolutos ſecundum Indulgentiã Romanæ Eccleſię in generali Concilio conſtitutam, Genti *Friſonum* perhibentes bonum teſtimonium, eo quod bonam converſationem duxerint, & in ſervitio *Ieſu Chriſti* ſtrenuè laboraverint, & devotè.

Quocirca

Quocirca diſcretionem veſtram monemus in domino, & rogamus, ut eoſdem *Friſones* peregrinos, ad vos redeuntes, benignè ſuſcipiatis: Et ſi quis tempore peregrinationis ſuæ ſuper rebus ſuis eos moleſtare præſumpſerit, per Eccleſiaſticam cenſuram, & auctoritatem Romanæ Eccleſiæ damna illata reſarciri faciatis eiſdem. E contra vero illos Cruce ſignatos, qui inobedientes reverſi ſunt contra formam peregrinorum, conſtitutam in Concilio generali, arguatis, & ut veniant ad *Chriſti* ſervitium compellatis.

EXEMPLAR EPISTOLAE HONORII PAPAE

Tertii, qua invitantur *Phriſones* ſecundo ad ſubſidium terræ ſanctæ, quia laudem prius meruerant.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum *Dei* univerſis *Chriſti* fidelibus per *Bremenſem* provinciam, & totam terram *Phriſiæ* conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Scimus quod multi turbati ſunt multipliciter, ex eo quod dominus, qui cuncta ſine cunctatione diſponit, negotium Terræ ſanctæ, quod iuxta ſpem populi Chriſtiani valde proſpere dirigere cæperat, tanquam iratus deſeruiſſe videtur, dum civitatem *Damiatam*, quam poſt expenſas innumeras, poſt labores inæſtimales, & inenarrabilia terræ mariſque pericula, in manibus Chriſtiani exercitus tradiderat, eam *Saracenis* permiſit, non ſine gravi omnium *Chriſti* fidelium ignominia,

minia, & dolore. Verum cum omnia faciat in ſapientia dominus, nihil permittens in terra fieri ſine cauſa, errat enormiter, qui errorem in eius beneplacitis ſuſpicatur. Sed cum id procul dubio conſtat, quod iudicia *Dei* vera, & univerſæ viæ eius miſericordia, & veritas, ea tanquam incomprehenſibilia ſecundum Apoſtolum venerabiliter admirari, & has tanquam inveſtigabiles humiliter venerari debemus, ut divinis operibus delectantes, reddamur acceptabiles operanti. Veruntamen cum dominus, quam diu Chriſtianus exercitus in timore divino inſtanter ſe habuit, ut debeat, is tanquam dux non deſinebat mirabiliter proſpe ari. Si ergo abominatus abominationes eorum receſſit à recedentibus: qui euntium in *Ieruſalem* faciem protendentes, animo properabant in *Aegyptum*, peccatis noſtris debemus merito imputare, humiliantes *Deo* animas noſtras, ut in ira minimè recordetur. Maximè cum, & in hoc nobiſcum miſericorditer egerit, quod ſigna iraſcentis oſtendit, ut ad eum celerius per pœnitentiam revertamur, qui procul dubio tunc vehementer iraſcitur, cum erga peccantes dedignatus iraſci, eos propriæ deſerit voluntati, donec tanquam iumenta in ſuis ſtercoribus computreſcant. Sicque fit, quod nihil infelicius felicitate peccantium, ſicut nihil eſt pene ſalubrius correctione delinquentium feſtinata. Cæterum etſi non ſit, qui voluntatis divinæ valeat reddere rationem, audacter tamen aſſerimus, quod cum non ſit abbreviata manus domini, nec virtus eius in aliquo diminuta, quando, vel quomodo velit, terram ſanctam valeat liberare, ipſam tamen ad excitationem fidelium patitur ab infidelibus detineri, ut legitime pro *Ieruſalem* terrena certantes, in cæleſti figurata per iſtam coronet, cuius eſt participatio eius in idipſum. Equidem huius rei gratia multorum millium animas à

morte

morte ſervavit, adhuc multo plures ſervaturus. Sane cum alia vice *Friſones* ſignabantur, facto navali exercitu, ſervierunt domino in partibus tranſmarinis, ita quod memoriale veſtrum recenſebitur à generatione in generatiónem, laudantibus nomen veſtrum. Vos tanquam inſignes *Athletas* ad eius obſequium duximus ſpecialiter advocandos, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, ut qui polletis inter cæteras nationes magnanimi fortitudine, prælium domini prælicmini viriliter, & potenter. Ergo univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in domino attente, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, in remiſſionem peccaminum vobis iniungentes, quatenus attendentes prudenter, quod non, qui cæperit, ſed qui perſeveraverit, commendatur: Et currentibus in ſtadio virtutibus univerſis, ſola perſeverantia tollit bravium deſtinatum. Vos domino caput, & caudam hoſtiæ immoletis, navalem præparando exercitum, ut ſtatuta paſſagio domino ſuccurratis, certi, ſi legitimè certaveritis, de corona. Non enim tædeat decet, illi modico tempore militare, qui pro vobis in cruce ſuis ſtipendiis militavit, & ut vos vitæ æternæ redderet, mortem moriendo devicit. Immenſæ gloriæ ſuæ facturus participes, qui ſe reddunt gratiæ ſuæ dignos. Datum *Romæ* Pridie Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno decimo.

EXEMPLAR EPISTOLAE FREDERICI SECVNdi Imperatoris *Friſones* ad ſubſidium terræ ſanctæ vocantis.

FREdericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper *Auguſtus*, *Hierusſalem* & *Siciliæ* Rex, univerſis per *Friſiam* conſtitutis, quibus præſentes literæ oſtendentur, fidelibus ſuis gratiam ſuam, & omne bonum. Celebris fama vos docuit, & aſſertio publica iam inſtruxit, quatenus à præterito menſe *Auguſto* 13. Indictione, uſque ad duos annos completos, auctore domino diſpoſuimus in manu potenti, & brachio extento transfretare ad ſubſidium, & liberationem debitam terræ ſanctę, quam redemptor humani generis ſua dignatus eſt pręſentia conſecrare. In qua mirabiliter operatus eſt noſtræ ſalutis, ac fidei Sacramenta. Cum ſit ignominioſum principibus univerſis, ac Regibus terræ, cæteriſque qui nomine Chriſtiano cenſentur, ut tam diu non abſque Chriſtianitatis iniuria templum domini, & ſanctam civitatem prophanet impius, & ancillæ filius, dominam gentium libertatiſque patronam, prô dolor, ſub hoſtili tyrannide detineat captivam. Sane quia zelus domini nos pungit, qui de plenitudine divitiarum ſuarum maiorem præ participibus noſtris accepimus portionem, pro omnibus quæ retribuit nobis ipſe, licet digna factura retributio non ſit ad factorem. Onus illius terræ humeris noſtris aſſumpſimus, nos ipſos in obſequium Crucis obtulimus, imperium, & Regna quæ nobis contulit, & commiſit ſuis obſequiis deputantes. Verum quia in tam felici paſſagio, & victorioſo exercitu *Ieſu Chriſti* (domino exercitum cooperante) maior quam unquam fuerit, ſperatur utilitas proventura; expertam dudum in obſequio crucis gentis veſtræ prudentiam, nolumus præterire quin univerſos, & ſingulos veſtrum precibus, & monitis excitemus, monentes univerſitatem veſtram, & exhortando mandantes, quatenus in comita-

in comitatu noſtro, tam pium, tam honeſtum liberationi terræ ſanctę laborem denuo ſubeatis. Veſtram enim timent, & expertæ ſunt prudentiam exteræ nationes. Ad quarum excidium exercuiſtis olim laudabiliter vires veſtras, ubi ſanguis veſtrorum martyrum in ſervitium crucis effuſus rutilat, & ſuper obſidione, & captione *Damiatæ* urbis clara illorum corpora memorantur. Exurgat igitur virtus veſtra, & ad ulciſcendum ſanguinem fratrum veſtrorum, quem ob honorem crucis fuderunt, navalem exercitum præparetis, venturi unanimiter, & potenter, ut ad liberandum terram ſanctam ſtatuto tempore ſimul procedamus. Nos autem benevolos, ac favorabiles ad veſtrum invenietis ſolatium, & iuvamen, ac cunctis opportunitatibus veſtris, & profectibus liberaliter aſſiſtemus. Datum *Salerni*, primo Februarii 14. Indictione. Sigillum *Frederici* Imperatoris. Hæc erat ſuperſcriptio in una parte Sigilli. *Fredericus* Dei gratia Romanorum Imperator ſemper *Auguſtus*. Superſcriptio alterius partis ſic erat. Roma caput mundi regis orbis regna rotundi.

INSCRIPTIO MARMORIS ROMAE IN AEDE S. Michaelis erecti.

IN nomine Domini, Tempore *Leonis IV*. Papæ, Imperante *Carolo Magno* Imperatore, eo tempore cum beati *Petri Baſilica* à *Saracenis* capta fuerat, tunc denique pro totius mundi capite turbato, totus mundus turbatus; omnis *Gallia* cum Rege *Carolo* ad tuendum illam venerunt. Vnde contra inimicos Domini bella Domini

decertando, quidam mortui ſunt, & in cripta iuxta *Neronis* Palatium ſepulti, eodemque tempore à *Leone* Papa, & Rege *Carolo*, ad honorem *Michaelis* Archangeli ſuper illos facta eſt Eccleſia. His ita peractis, Rex *Apuliam* abiit, eamque beato *Petro*, & *Romæ* ſubiugavit. Per idem tempus exercitu *Galliæ* revertente, tres illorum milites de *Friſia*, *Ilderardo* de *Groninga*, & *Lemot* de *Stavera*, & *Hiaro* & *Celdui* ancilla Dei de *Slinga*. Hi beati Magni corpus in loco qui dicitur Fundi, invenerunt, quo invento, in eorum Provincia portare, & condire decreverunt. Sed divina gratia cooperante, poſtquam ad Sutrinas partes ventum eſt amplius deferre non prævaluerunt, quia bis, & ter territi, & per ſomnium moniti, *Romam* revertentes, ſanctum corpus ſecum tulerunt. Vnde factum eſt, quod illorum devotionis cauſa partem brachii à ſe ſegregari ab illis permiſit, partes autem cæteræ in cripta præfata remanſerunt, ſuper quam, ſicut dictum eſt, Eccleſia iam fuerat facta. Deinde omni anno beneficium optimum dari ibi decreverunt; ſcilicet trecentas marcas argenti, pro illorum, & ubiq; quieſcentium redemptione, & in perpetuum ſeu divites, ſeu pauperes in eadem ſupradicti Archangeli *Baſilica*, & beati Magni Eccleſia, iuxta eam ab iiſdem conſtructa hoſpitalia, quando à ſuis partibus venirent, agerent. Idcirco noſtrorum, aliorumque omnibus pateat, ſi ipſi, vel quicunque hoc decretum rumpere tentaverint, ſciant ſe perpetuo damnatos, & maledictos, & prædicti Pontificis anathematis vinculis in inferno, niſi repoſuerint, cum Diabolo conligatos, in hac autem vita miſeros, & diſperſos, & iterum de libro vitæ cæleſtis deletos, & de Regno *Chriſti* deiectos. Confirmatoribus, fautoribus huius decreti econtra ſit benedictio *Chriſti*, & fruantur utriuſque vitæ gaudiis, AMEN.

FINIS.

INDEX

INDEX NOMINVM FRISIORVM
Aliorumque Virorum Illuſtrium, in hoc libro Celebratorum. Ordine Alphabetico

Numerus indicat folium.

A. Fol.

Adel princeps, filius Friſonis 7
Adel Rex Phreſiæ pater Friſonis 7
Adel Adelengius ſocius Joan. presb. 99
Abelus Coenders 53
Abelus Rex Daniæ 43
Acca Epiſcopus Auguſtal. 63
Adelbertus arbbid: Traiectens: 64
Adelboldus Epiſcop. Traiect. 109
Adelboldus Winkelius 64
Adelboldus Dux Friſiæ 15
Adelbricus ab Adelen poteſtas 38
Adgillus Rex Friſiæ 25
Adgillus ſecundus Rex Friſiæ 27
Adolphus Naſſovius 52
Adrianus Iunius Hornanus 71
Agrammes Rex Phræſiæ frater Friſonis 7
Albertus Dux Saxoniæ 48
Albertus & Iſabella Archiduces 53
Albion Holſatiæ Dux 26
Alfricus Adelen Epiſc: traiect: 108
Allardus Clanth. 101
Almetha filia Vlrici Comitis 55
Alvinus Snecanus 73, 85
Almarra Radbodi ſecundi vxor 29
Andreas Hamconius Mirica 78
Anna Oldenburg. vxor Emonis 57
Anna Cammenga vxor Comit. fronens

Fol.

Anna mater Mariæ 69
Anna Holſatica vxor Ennonis 3, 59
Anſcharius Archiepiſc Hamburg. 66
Antonius Abbas 69
Arnulphus Comes Hollandiæ 41
Aſconius Dux Friſiæ 13
Aſinga Aſcon princeps 9
Ægidius Barlemontius 61
Ægiſtus Diſcipulus domini 62
Æſgo filius Friſonis 8
Æſgo Hoxvirius 60

B.

Balthaſar Eſenſis 89
Barbara 69
Bernardus Furmerius 61
Beroaldus Rex Friſiæ 23
Bertholdus Entens 61
Bolſuina filia Radbodi I. 26
Bonifacius Martyr 65
Bruno frater Friſonis 75
Bucho Ayta 84

C.

Cappidus Staurienſis 9

Cappidus

Cappidus Iarges 101
Carolus Magnus 34
Carolus Quintus Cæſar 50
Carolus Brimeus Comes Meganus 61
Carolus Otto filius eiuſdem ibid.
Carolus Martellus 26
Carolus Tungriæ Dux 18
Carolus Craſſus 40
Carolus pulcher Brabant. 21
Caſparus de Robles Bar: Billaus 61
Catharina Sneca uxor Edſardi 2. Ibid.
Catharina virgo 69
Celdui ancilla domini 131
Christophorus comes de Moers 60
Chriſtophorus filius Edſardi 2. 58
Chriſtophorus filius Ennonis 2. 58
Clotharius Rex 24
Cornelius de Gent 53
Cornelius Kempius 63
Cronovilla filia Radbodi I. 37
Cumera uxor Vithonis 8. & 82
Cunibertus Colon. Archiepiſc. 56
Cyprianus Mockema 69
Cyprianus Vomelius 78

D.

DAgobertus Rex 24
Dibbaldus Segon princ. Friſiæ 53
Dibbaldus Rex Friſiæ Occident. 31
Didericus Friſiæ 1. Holland. Com. 18
Didericus Dux Friſiæ Occident. 29
Didericus Hamckema 47
Didericus Rex Occidentalis Friſiæ 34
Diocarus Segon princeps Friſiæ 10
Doco Martena 79
Dorothea Comitis Ioïs uxor 57
Douwo Hiddema 22
Douwo Kens 69
Douwo Burmania 69
Drogo Metenſ. Epiſc. 38

E.

EBiſſa nepos Hengiſti 23
Edelhardus 26
Edſardus Comes Friſiæ Orient. 55
Edſardus 2. Comes Friſiæ Orient. 57
Egbertus Marchio 42
Egilboldus Epiſc Traiect. 108
Eila 26
Eilco Liauckema 42, & 80
Eligius 62
Eliſabeth uxor Edſardi 1. 56
Engelmondus 65
Enno Comes Friſiæ Orientalis 54
Enno 2. Comes Friſiæ Orientalis 57
Enno 3. Comes Friſiæ Orientalis 58
Enno Dinaſta Gretanus 54
Epo Nyenhuſius 69
Epo Hardmannus 42
Epo Liauckema 98
Evaldus albus & niger 64
Evervinus Comes Benthemiæ 69

F.

FAlco 5. & 34
Falco filius Ridſardi Regis 34
Fecco Botnya 42
Florentius Iſelſteinus 60
Fecco Uckena 54

Folcmarus

Folcmarus Epiſc. Traiectenſ. 109
Franciſcus Mennema 60
Franciſcus Ayl'ua 79
Franciſcus Rhorda 79
Franciſcus Verdugius 62
Francones & Franci 71
Fredericus Adelen Martyr 37
Fredericus tertius 47
Fredericus Badenſis Epiſcop. 49
Fredericus Comes de Berg 62
Fredericus Abbas 66
Fredericus Boyemer 102
Friſii novi ſeu Friſiabones 70
Friſo conditor & Princeps Friſiæ 6
Friſo Iunior gener Vbbonis 9.70
Frouva uxor Friſonis Iunioris 9

G.

GAlo filius Friſonis 8
Galo nepos Friſonis 9. 83
Galo Hanya Poteſtas 46
Gangulphus Martyr 65
Gardolphus frater eius 65
Gela mater Vlrici Comitis 54
Gellius Hillema 35
Gemma Friſius 78
Georgius Dux Saxoniæ 50
Georgius Schenck Bar: Taut: 51.60
Georgius Lalanus Com: Rennenb: 61
Georgius Rattaller 102
Gerardus Utenhovius 30
Gerbrandus Boelema 84
Gerbrandus frater eius 29
Gerardus Utenwondius 30
Gerardus Reneſſe 53
Gerfridus Epiſcop: Monaſt. 91
Gerlacus Martyr 72
Geroldus nepos Friſonis 9
Gerolphus Comes Friſiæ 88
Giſla 40
Godſchalcus Goſlinga 79
Godſchalcus Iuvenga 101
Goffo Rhorda 42, 80
Gondobaldus Radbodi 2. filius 27
Gondobaldus Epiſc: Traiect. 101
Gortricus Danus 37
Goſſo Ludigmannus poteſtas 40
Goſtavus Lappo 38
Gruno 9
Guilhelmus Cæſar 43
Guilhelmus 4. Comes Hollandiæ 44
Guilhelmus Baro Roggendorp 60
Guilhelmus Truchſes 60
Guilhelmus princeps Auraicus 61
Guilhelmus Ludovic. Com. Naſſ. 62
Guntarius Archiep. Colonienſ.

H.

HAddinga uxor Dibb. 21
Hajo Camga 38
Hajo filius Friſonis 8, & 84
Haraldus Danus 28
Harco Præfectus Druydum 13
Harco 2. Præfect. Druydum 18
Harengus Harenxma Poteſt. 47
Harialdus Dockenburg: 26
Haron Vbbo Dux Friſiæ 17
Hector Hoxvirius 84
Hejla nurus Friſonis 9
Hejdviga mater Rodolphi 29

Helvetij & Griſones 70
Henricus Saxo Alberti filius 59
Henricus Truchesſius 60
Henricus Stolburgius 60
Henricus de Arckelem 60
Henricus Craſſus dux Saxoniæ 42
Henricus dux Brunſuic 56
Henricus Saxo 42
Henricus Auceps 23
Henricus Clanth 101
Herbertus Epiſc: Traiect. 110
Hero Mauricius 55
Heſſelus Hermana Poteſtas 39
Heſſelus Aytſma 102
Heſſelus Jongema 109
Hetto filius Friſonis 8
Hiaro de Slinga 36
Hiddo Leonicida 86
Hildegrinus Epiſc. Halberſt. 66
Hiſco Embanus 101
Hallo Tacito Olenus 70.11
Hornus filius Radbodi I. 5
Hugo Leiſenachius 59
Hungerus Epiſc. Traiect. 108

I.

Iaclo Jepma 46
Jacobus Apoſtolus 68
Jarichus Ludigmannus 98
Jarichus Liauckema 86
Jacobus Malderaus 53
Jdſardus Syckinga 102
Jenco Douma 102
Jgo Galema Poteſtas 39
Jlderardus de Gronenga 36
Joachimus Hopperus 102
Joachimus Hamconius 114
Joannes Præſter *filius Adgilli* 27
Joannes de Ney 53
Joannes de Oldenbarnevelt 53
Joannes Sloeth. 53
Joannes de Linge Arenberg 61
Joannes eques aurei Velleris 57
Joannes filius Ennonis 2. ibid:
Joannes Ritbergiæ Comes 58
Joannes Vlieterpius 101
Ioannes Gerbranda 86
Joannes Rengerus 101
Joannes Hereus 101
Joannes de Leovardia ibid.
Joannes Babtiſta 67
Joannes Euangeliſta 68
J. H. Martena Poteſtas 43
Iollema Hardmannus 38.89
Iotzardus Sterckemannus 86
Julius Dekema Poteſtas 47
Iulius Dekema Senator 86
Jvo Iuverga Poteſtas 44

K.

KEno Bruemerius 47
Keno Bennebrocanus 30
Kempo Martena 84
Koniochus Suffrag. Colonienſ. 62

L.

LAmbertus Terprypius 81
Lebuinus Præsbyter 64
Lemus dux Friſiæ occidentalis 96
Lemus Rex Friſiæ occidentalis 32
Leometh de Stauria 36
Leo Donya 89
Ludgerus Epiſc: Monaſt: 68

Ioachim

Ludgerus Epiſc. Traiect. 108
Ludovicus Rex 39
Ludovicus Bavarus 45
Ludovicus Naſſovius 52

M.

Magnus Fortema poteſtas 35
Mallorix Cammenga 12
Mancicidor 53
Marcellinus præsbyter 64
Margarita Guil. quar. ſoror 47
Maria Mater Dei 67
Martinus Roſſamius 60
Martinus Epiſcopus 68
Maximilianus Cæſar 48
Maximilianus Egmondanus 61
Meinardus Franekeranus 48
Menno Simonides 61
Menoldus Onſta 43.& 80
Michaël Archangelus 67

N.

Nanno philoſophus 78
Nicolaus Epiſcopus 69

O.

Occo Scharlenſis 7.& alibi 101
Occo præfectus Druydum 84
Octa Nepos Hengiſti 97
Odilbaldus Dux Friſiæ 18
Odilbaldus Rex Friſiæ 21
Odilbaldus filius Richoldi 2. 21
Odilbaldus Epiſc. Traiect. 108
Odo Botnya Poteſtas 45
Odulphus Canon. Traiect. 66
Onno Fontanellius 64
Omondus Gothus 38
Orichius filius Hengiſti 20 & 97
Otgerus Danus 27
Otgerus Præsbyter 65
Othilda Regina Daniæ 26
Otto Comes Schouwenb. 61
Otto Langius 48

P.

Paulus Apoſtolus 26
Petrus Tiara 78
Petrus Apoſtolus 67
Petrus Thaborita 80
Philippus Burgundus 41
Philippus Rex Hiſpaniæ 51
Philippus de Croy Comes 62
Pipinus Dux 26
Plechelmus Præsbyter 65
Poppo Virdumenſis 27
Poppo Strantfriſius Claſſ. præf. 36
Poppo Præfectus Druydum 84
Poppo Dinaſta in Warns 36
Pyrrhus Magnus 51

R.

Radbodus Rex Friſiæ 25
Radbodus 2. Rex Friſiæ 28
Radbodus Epiſc. Traiect. 108
Radfridus Martyr 80
Refridus Rhorda 111
Regnerus Cammenga Poteſtas 24
Regnerus Solckema 86
Renicus Burmania 85, & 102
Renicus Bockema 76
Rembertus Archiep. Bremenſ. 66

Richardus Abbas 80
Richardot 53
Richoldus Vffo Rex Friſiæ 20
Richoldus 2. Rex Friſiæ 22
Ridſardus Rex Friſiæ Occidentalis. 33
Ridſco Ielmera 88
Rodolphus Dux Norm. 39
Rodolphus Agricola 78
Rolandus Vorneſſius 30
Rollo 41
Ruardus Tapperus 78

S.

SAko Reinalda Poteſtas 41
Sandacilla filia Radbodi 1
Saxo frater Friſonis 73
Schelto Thiaerda
Scholte Filius Friſonis 8
Schoti 70
Schottus Nepos Friſonis 9
Serapio Præfectus Druydum 8
Sergius Pontifex 26
Severinus Feita 85
Siardus Abbas 79
Sibo Eſenſis 55
Sicco Liauckema 42
Sicco Cammenga 42, & 98
Sicco Ziaerda 101
Sigefridus Norman. dux. 40
Sigiſmondus Cæſar. 47
Sivardus Præfaectus Druydum 48
Sivardus Hopperus 84, & 106
Sinna Præfectus Druydum 84
Sixtus Dekema Poteſtas 45
Sixtus Thiaerda 99
Solco Fortemannus 77
Spinola 53
Stephanus protomartyr. 68
Suana uxor Udolphi ducis 20
Suffridus Wiarda Poteſtas 46
Suffridus Holl. 41
Suffridus Sterckenburg. 82
Suffridus Petri 62
Suidbertus Coadiutor Traiect. 63
Suobbina uxor Adels. Princ. 8
Suobbina Ziardama 82. & 79
Suobb. Lauwa 69

T.

TAbbo Princeps Friſiæ 12
Taco Hermana Præfect. Claſſ. 22
Taco Ludigmannus Poteſtas 36
Taco Rengia 79
Tarquinus Walta 101
Taxus 52
Tecla Neptis Gondobaldi Regis 8
Tecoburgenſes 71
Teda uxor Ulrici Comitis 56
Tetta Ludigmanna 41
Teudoſuinda 26
Theodardus Aylua 99
Tedardus Dodenga 81
Theodardus Epiſc. Traiect. 107
Theodoricus Ital. Rex 23
Theraſia uxor S. Walfridi 73
Thiepco Fortema 42
Thomas Apoſtolus 68
Titus Cammenga 62
Titus Hommenga 101

Titus Bojocalus. 15
Titus Bojocalus dux Friſiæ. 15

V.

VBbo Princeps Friſiæ. 8
Vbbo Dux Friſiæ. 16
Vbbo Hermana 96
Vbbo Emmius. 111
Vbco Hermana. 81
Vbij ſeu Colonienſes. 70
Vcco Vekema. 54
Vcco filius Vlrici Comitis, ibid.
Vdolphus Haron Dux Friſiæ. 19
Verdugius. 52
Vibius Groveſtens. 78
Vigboldus Enſum.
Viglius Zuichemus ayta. 86
Vimodia filia Friſonis. 8
Vitho ſeu Iutho filius Friſonis. 8
Vitho ſeu Vtho Epiſc. Oſtiab. 65
Vitha ſeu Iutha. 69
Vitekindus Magnus. 23
Vlricus Comes Friſ. Orient. 53
Vlricus Filius Edſardi I. 57
Vinalda. 9
Verritus Hermana. 12
Vithi ſeu Vltrajectini. 71
Vitho præfectus Druydum. 84
Vito 2. præfect. Druydum. 8
Vniboldus Abbas. 63
Vorperus Thaborita. 1
Vortigernus Rex. 20
Vpco Hermana. 98
Vpko Burmania. 87
Vtho Regicida. 96
Vtho. 40
Vulfrannus Epiſc. Senon. 25,64
Vuo Heltilius. 85

W.

VValburg. uxor Emnonis 3. 59
Walgarius. 20
Walravius de Brederode. 53
Watzo Herema. 42
Watzo Ockynga. 42
Werenfridus præſbyter. 64
Wigbertus præſb. Martyr. 63
Wilfridus Archiep. Eboracenſ. 63
Wilfridus Martyr. 89
Wilibaldus Epiſc. Erchſtetenſ. 63
Willebrordus Schomborgius. 59
Willebrordus Archiep. Traject. 63
Willehadus arch. Bremenſis. 91
Wiro. 65
Wulfrannus. 64

Y.

YGo Galoma. 110
Yglo Laſcon. 19

Z.

ZAlengius Ockynga. 80

FINIS.

Errata ſic corrigenda: numerus primus indicat folium, alter lineam.

virorum lege urorum, Fol. 11. lin 17. ac lege ab, fol 23. lin. 4. Bergthenſis, leg. Berythenſis, fol. 27. in annot. Stumptio leg. stumpſio, fol. 35. l. 22. auxilius lege auxilius, fol. 41. amus lege annus, fol. 46 lin 22 caſtrs lege caſtris, fol. 49. lin. ult. Jeuana lege lerana f. 54. lin. 12. patris lege patrus, fol. 56 lin 9 in leg. ex, fol 64 l. 18. ſtruſta leg. ſtructa, fol. 71. lin. penult. Sueci Friſij lege Sueci & Friſij, fol. 72. lin. ult. Præſiæ leg. Præſia, fol. verſo 73. lin. 6. Friſicos lege Friſios, fol. verſ. 76 lin. 7. labentes vaſtato lege lambentes vaſto f. 79. lin. 24 duram lege rem duram, fol. verſo 81. in annot. prognatum lege prognatam fol. verſ. 82 lin. 17 terricus leg. terricus fol. verſo. 84. lin 9 donec leg. paſſim. fol. 87. lin. ult. biltſiacum lege Balthiacam fol. 92 lin 20 inter 6 & 7. verſum inſeratur hoc carmen omiſſum. Vade, tuus Cytharâ ſcio e comirabitur Orpheus fol. 94, fol. verſo. habit lege habuit fol. 95. lin 25. malidos leg. madidos, fol. 96. lin. 23. deuit lege devicit fol. verſ. 99. lin. 9 infidelibus lege ab infidelibus. fol. 109. lin. 9. folio verſo. factione lege factiones, Fol. 109. lin. 22. Archiepiſcopo leg. ab Archiepiſcopo. fol. 111. lin. 30,

Alia benevolus lector ipſe corrigat.

FRANEKERÆ,

Excudebat Ioannes Lamrinck, Ordinum Friſiæ Typographus. 1620.

SPECIAL 87-B
1730